Eſſe deus.ſed tu deus es:potes eſſe cupido:
Siue es mortalis: qui te genuere beati.
Et mater felix:& fortunata profecto
Si qua tibi ſoror eſt:& quæ dedit ubera nutrix.
Sed longe cunctis longeq; beatior illa eſt:
Si qua tibi ſponſa eſt.ſi quam dignabere tæda.
Hic tibi ſiue aliqua eſt:mea ſit furtiua uoluptas.
Seu nulla eſt:ego ſim: thalamumq; ineamus eũdem.
Nais ab his tacuit.pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor.ſed & erubuiſſe decebat:
Hic color aprica pendentibus arbore pomis:
Aut ebori tincto eſt.aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ.
Poſcenti nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula:iamq; manus ad eburnea colla ferenti
Deſinis an fugio: tecũq; ait iſta relinquo.
Salmacis extimuit.locaq; hæc tibi libera trado
Hoſpes ait.ſimulat gradu diſcedere uerſo:
Tum quoq; reſpiciens fruticũq; recondita ſilua
Delituit:flexoq; genu ſummiſit.at ille
Scilicet ut uacuus & in obſeruatus in herbis
Huc it:& hinc illuc.& in alludentibus undis
Summa pedum taloq; tenus ueſtigia tingit:
Nec mora.temperie blandarum captus aquarum
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uero ſtupuit:nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarſit.flagrant quoq; lumĩa nymphæ.
Non aliter quã cũ puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine phœbus:
Vixq; moram patitur.uix iam ſua gaudia differt.
Iam cupit amplecti.iam ſe male continet amens.
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices:alternaq; brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis.ut eburnea ſiquis
Signa legat claro uel candida lilia uitro.
Vicimus & meus eſt exclamat nais:& omni
Veſte procul iacta mediis immittitur undis:
Pugnanteq; tenet:luctantiaq; oſcula carpit:
Subiectatq; manus:inuitaq; pectora tangit.
Et nunc hac iuuẽi.nunc circunfunditur illac.
Deniq; nitentem contra elabiq; uolẽtem
Implicat ut ſerpens:quam regia ſuſtinet ales:
Sublimeq; rapit pedes caput illa pedeſq;
Alligat:& cauda ſpatiantes implicat alas.

Siquam dignabere tæda.Siq̃ tuis nuptiis dignã exiſtimabis. Hic tibi ſiue aliqua ẽ.Si inquit ſponſã habes mecũ uelis hoc loco furtĩ coire.Sin uero non habes.me uelim accipias uxorẽ. Ab hiis.poſt hæc. Hic color.His ſimilitudinib⁹ poeta declarat:qualis eſſet Hermaphroditi pueri color:poſteaq̃ audita nymphæ oſone erubuit. Aprica.ſoli expoſita Arbores ãt ſoli expoſitæ rubicũda põa ferre ſolẽt. Aut ebori tĩcto.Minio ac purpureo colore picto. Aut ſub rubẽti cãdore lunæ.hoc ẽ lunæ eclipſim patiẽti. Tũc.n.rubeſcere uidetur. Cũ fruſtra reſonãt fruſtra ꝑſtrepũt.nihil .n.lunæ deficienti ꝓſunt.Quãuis uulgus putet carmina ueneficarũ æreorũ uaſorũ tinnitibus ĩpediri:ne eclipſim lunæ indicãt.Vñ Iuuenalis loquacitatẽ mulierũ carpens inquit. Vna laborãti poterit ſuccurrere lunæ. Aera æreа uaſa. Auxiliaria.auxiliũ lunæ afferẽtia ne ueneficarũ deficiat carminib⁹. Sororia oſcula. caſta & pudica:qualia ſorores decẽt.Eſt aũt adiectiuũ nomen ſororius a ſorore declinatum . neq; eũ ſignificat qui alicuius ſororẽ duxit uxorẽ:ut quidã putant. Eburnea candida ut ebur. Deſinis an fugio.Aut deſine inqt.aut ego hic fugiã:ac tibi ſoli iſta loca relinquam. Extimuit. ne fugeret. Gradu uerſo.Cõuerſo greſſu & paſſu. Fruticum ſilua. Frutices medi ſunt inter arbores & herbas.

Vt uacuus.utpote ocioſus.Et aliis curis ſolutus. Et ĩ obſeruatus.Nõ uiſus a quoq̃. nõ notatus. Alluddentibus.q̃ alludere ſibi blãdiriq; uidebant᷑. Mollia uelamĩa.molles ueſtes ac tenues. Flagrãt quoq; lumina nymphæ.hoc eſt.oculi quoq; nymphæ Salmacidos flagrare uident᷑.Nã ẽt oculis ꝓdebat q̃ta potiundi pueri cupiditate teneret᷑:id q̃d amore captis fere uſu uenire ſolet. Nõ aliter. Sic inquit.oculi nymphæ flagrare uident᷑ ac ſplẽdere:ut ſolis radii ſereno aere:cũ ipſis ſpeculum opponit᷑.Nã tunc & ſplendidiſſimi uidẽtur & ignẽ cõtrahunt. Puro orbe.Nebulis carẽte:& ſereno aere. Ille cauis uelox. Natãtium morẽ exprimit.Ingreſſuri.n.aquas manibus cauis corpus ſibi ꝑcutiunt. Liquidis. puris. Signa.ſtatuas. Luctãtia oſcula carpit. ab illo reluctãte.eſt.n.hypallage. Inuita.pro illi inuito ac nolenti.altera hypallage. Nitẽtem.contra.repugnantẽ reluctantẽ. Implicat ut ſerpens.His ſimilitudinib⁹ oſtendit q̃ arctum ſtrictumque teneat Salmacis Hermaphroditum. Regia ales:aquila:q̃ idcirco in Iouis tutela eſſe dicitur:quod ex auibus ſola nunquam fulmine tangatur. Eſt autem ſerpentibus infeſtiſſima:a quibus ſæpenumero ita implicat᷑:ut in terrã una cum illis decidat.

*Polypus* Spatiantes.ſpatioſe & late ſe iactátes Polypus piſcis é miræ magnitudinis multos hńs pedes.Vnde ét nomé accepit.Nam πολὺς multus.ποῦς πόδος pes dŕ.Hic inſidiat́ piſcatoribus:quos ſi ceperit:oibus pedibus:q̄ flagella uocat poeta:ſic ſtrigit: ut nullo pacto effugere poſſint.Eſt ét morbus a ſimilitudíe piſcis dictus nares maxime infeſtans.de quo Horatius Balbinũ Polypus agræ. Perſtat.i propoſito pſeuerat. Atlantiades.pnepos atlantis.Nã Atlas Maiam genuit.Maia Mercuriũ.Mercurius.Hermaphroditũ. Diducat.Separet. Suos.pprios & ppitios. Códucat.cóiungat. Coierút.Cóiuncta fuerunt. Neutꝛ.nec puer.nec puella. Et utrũq;.q̄a ſexũ utrunq; habebat. Ergo ubi.Nunc aſſignat cauſã:id quod in narrationis principio pollicita eſt alcithoe:cur Salmacidis fonté ingredientes molles effœiatiq; reddant́. Quo uir.In quas uir nó mollis ſed fortis & cóſtás deſcenderat& ingreſſus fuerat. Semimaré Semiuiꝝ & effœiatũ. Mollita.Mollia facta.

Venerit.Ingreſſus fuerit. Biformis.qui & maris & fœie formam referebat:qualé hermaphroditi hńt. Incerto.Ignoto. Finis erat dictis.Alcithoe una cũ ſororibus poſt finitas fabulas ira bacchi:cuius ſacra cótemnebant:in ueſptiliones aues fuerũt cóuerſæ:ac eaꝝ domus incenſa. Mineia ples.Minei filiæ. Vrget opꝰ.opi inſtat. Prophanat.polluit.prophanũ ac non ſacꝝ efficit.Prophanũ .n.opponitur ſacro. *Tinnire* Tinnula.Tinnientia ac reſonantia.Tinnire pprie dńr æra pcuſſa.Vñ ét Titinabula ſũt appellata. Myrrhæq; croci Illis.n.delibutus bacchus ad eas fuerat igreſſus:q̄uis nó uideret́. Reſq; fide maior:hoc eſt.maior q̄ cui fides debeat adhiberi. Multas aũt in trãſcurſu metamorphoſis poeta deſcribit ſic apte ut nulla indigeãt expoſitione.

Iamq; dies exactus erat.Iã inquit dies erat pterit⁹. Quod nec tenebras.Crepuſculi deſcriptio eſt.nam crepuſculũ dubia lux dicit́.

*Crepusculu* Telæ in hederá & uites

Pingues lampades.faces ex pingui & reſinam ferenti tæda confectæ.Non aũt pp oleũ pingues.Lampas.n.generale eſt uocabulum omnium eoꝝ q̄ accéſa lucét. *Lampas* Feraꝝ.Tygriũ & Lyncum quæ feræ Bacchi curꝝ trahere dicuntur. Mẽbrana.cartilago q̄ membrana charta eſſe uidetur. Tenueſq;.hoc eſt.brachia in alas fuere conuerſa. Veterem figuram.Priſtinam.& humanam formam. Nó illas pluma leuauit.Mineides inquit plumæ leuitate non fuerunt in aerem ſublatæ: ſed tranſlucentibus & cartilagineis alis.Veſpertiliones enim ſunt implumes.

Vtq; ſolent hædere longos intexere truncos.
Vt ue ſub æquoribus deprenſum polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat atlantiades:ſperataq; gaudia nymphæ
Denegat.illa premit:demiſſaq; corpore toto
Sicut inhærebat:pugnes licet improbe dixit:
Non tamen effugies.ita dii iubeatis:& iſtum
Nulla dies a me:nec me diducat ab iſto.
Vota ſuos habuere deos.nam mixta duorum
Corpora iunguntur:facieſq; inducitur illis
Vna:uelut ſi quis conducat cortice ramos:
Creſcendo iungi pariterq; adoleſcere cernit.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci:
Nec duo ſunt:ſed forma duplex:nec fœmina dici:
Nec puer ut poſſit:neutrũq; & utrumq; uidetur.
Ergo ubi ſe liquidas:quo uir deſcenderat:undas
Semimarem feciſſe uidet:mollitaq; in illis
Membra:manus tendens:ſed iam non uoce uirili
Hermaphroditus ait:nato date munera ueſtro
Et pater & genitrix amborum nomen habenti.
Quiſquis in hos fontes uir uenerit:exeat inde
Semiuir:& tactis ſubito molleſcat in undis.
Motus uterq; parens nati rata uerba biformis
Fecit:& incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis:& adhuc mineia proles
Vrget opus:ſpernitq; deum:feſtumq; prophanat:
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtupuere ſonis:& adunco tibia cornu:
Tinnulaq; æra ſonant:& olent myrrhæq; crociq;:
Reſq; fide maior:cœpere uireſcere telæ.
Inq; hederæ faciem pendens frondeſcere ueſtis
Pars abit in uites:& quæ modo fila fuerunt:
Palmite mutantur.de ſtamine pampinus exit.
Purpura fulgorem pictis accommodat uuis.
Iamq; dies exactus erat:tempuſq; ſubibat:
Quod tu nec tenebras.nec poſſes dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati:pingueſq; ardere uidentur
Lampades:& rutilis collucent ignibus ædes.
Falſaq; ſæuarum ſimulacra ululare ferarum.
Fumida iandudum latitant per tecta ſorores:
Diuerſæq; locis ignes ac lumina uitant.
Dumq; petunt tenebras:paruos membrana p artus
Porrigitur:tenueſq; includunt brachia pennæ.

Pro corpore.ꝑ corpis magnitudie. Seroꝗ tenent a ueſpe nomē.ueſptiliones.n.a ueſpe dn̄r. ¶ Tū uero totis.Ino Bacchi nutrix ac matertera uxorꝗ Athamātis i odiū Iunonis icidit:qđ ubiꝗ Bacchi uires laudib⁹ extollebat:cū & alumni & mariti & filioꝝ felicitate nimiū ſupba uideret.Hāc igitur Iuno ut affligeret ad iferos deſcēdens unā e furiis excitauit:q̄ Athamāta in tm̄ furorē cōiecit:ut Learchū filiū iterfecerit. Ino aūt mariti furorem fugiēs e ſcopulo ſe una cū Melicerta altero filio i mare ꝑcipitauit.Qui ueneris ꝑcibus a Neptuno excepti & Ino in Leucothean deā:q̄ Matuta & melicerta i Palæmonē:qui latine portunus dr̄ fuere cōmutati. Matertera. Ino .n.Semeles fuit ſoror:q̄ Bacchū tanq̄ filiū educauit. De tot ſororibus expers.Vna doloris erat.Sola dolore carebat.Aliæ nāꝗ ſorores filios amiſerant.Agaue Pentheum. Autonoe Actæonē. Niſi quē fecere ſorores. Ex infortuniis nanꝗ ſoroꝝ dolorē capiebat Ino.alias felix haberi poterat. Natis.filiis. Learcho & Melicerta.Hi nāꝗ In⁹ & athamātis filii fuere. Nā alios quoꝗ filios athamas hūit. ſed ex aliis uxorib⁹Ex nephele.n.ſiue ut Herodot⁹ait ex Themiſtone:ut declinatione latina utar: ſuſcepit Scheneū.Erytriū.Leuconē. Pæū nouiſſimos aūt Phrixū & Hellen:qui pp In⁹ nouercæ iſidias pr̄iam relinq̄re coacti ſūt. Thalamo athamātis.nuptiis Athamātis Thebanoꝝ principis ac Aeoli regis uētoꝝ filii. Sublimes aīos.Elatos ac ſupbos. Alūni.bacchi quē aluerat.Alūnus āt ſemp in paſſiua accipitur ſignificatōe:q̄uis quidā Laurētio uallæ cōtradicere pulchꝝ putātes i actiua quoꝗ inueniri cōtendāt. Numine.diuinitate. Nō tulit.tolerare nō potuit. Et ſecū.Locuta ē ſubaudiat̄. De pellice nat⁹.bacch⁹ Semeles fili⁹. Mæōios nautas.Thyrrenos qui a Mæonia erāt oriūdi. Vertere.cōuertet̄ i Delphios:ut paulo an̄ uidius. Et lacerāda.Pentheū ſignificat q ut uidius:ſub apri forma a mr̄e mr̄teriſꝗ fuit dilacerat⁹. Triplices. Tres. Nouis alis.q̄ antea nūq̄ uiſæ fuerūt.Nā ex ſola cartilagine ac mēbrana cōſtant. Pentheia cæde: penthei occiſione.Eſt āt poſſeſſiuū triſyllabū cui⁹penultīa apud græcos cū ē i dipthōgo ſcribit̄.q̄ qdē uel i e uel i i lōgā a nobis cōuerti ſolet:q̄uis ātiq eadē ei dipthōgo uterēt̄. Cur n̄ ſtiulet̄.In furorē agat̄.Ino ſoroꝝ exēplo. Eſt uia decliuis.uiā q̄ ducit ad iferos.primū d̄ſcribit.Deīde ipſas ſedes ifernas. Nubila. Vmbroſa obſcura. Funeſta taxo.Ferali ac peſtifera.Nā Tax⁹arbor ē maxie uenenoſa. Vn̄ toxica fuere denoīata:ut plini⁹ ſcribit. Ducit ad ifernas deeſt Quæ.Sic Virgili⁹Vrbs antiqua fuit Tyrii tēuere colōi:deeſt quā. Styx iners.imobilis. Paludes.n.q̄ nō mouent̄. & nebulas & terꝝ emittūt odorē. Simulacraꝗ fūcta ſepulchris.hoc ē.aīæ quaꝝ corpa ſepulchra ſortita ſūt.Nā quaꝝ cadauera iſepulta iacerēt:iis trāſire ſtygē paludē nō dabat̄: ſcđ'm priſcoꝝ opinionē. Sēta.ſēticoſa.ſpioſa. Sētes .n.ſpiæ dn̄r. Stygiā urbē.ifernā. Fera regia Crudelis aula. Nigri ditis plutōis. Mille capax. Magnitudinē urbis infernæ ſignificat. Nec ul.exi.ppl̄o ē.ulli multitudi quātalibet ſit.Aīæ nāꝗ locū n̄ occupāt cum ſint icorpeæ.

Veſptilionis deſcriptio

Ino i deam

Alūnus

Via ad iferos

Taxus

Inferoꝝ urbis deſcriptio

Sentes

Nec qua perdiderint ueterē ratione figuram:
Scire ſinunt tenebræ:non illas pluma leuauit:
Suſtinuere tamen ſe ꝑlucentibus alis:
Conataeꝗ loqui minimam pro corpore uocem
Emittunt:peraguntꝗ leues ſtridore querelas:
Tectaꝗ non ſiluas celebrant:lucemꝗ peroſæ
Nocte uolant:ſeroꝗ tenent a ueſpere nomen
¶ Tum uero totis bacchi memorabile thebis
Numen erat.magnaſꝗ noui matertera uires
Narrat ubiꝗ dei:deꝗ tot ſororibus expers
Vna doloris erat:niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hanc natis thalamoꝗ athamantis habentem
Sublimes animos: & alūni numine iuno.
Non tulit: & ſecum.potuit de pellice natus:
Vertere mœonios:pelagoꝗ immergere nautas:
Et laceranda ſuæ nati dare uiſcera matri:
Et triplices operire nouis mineidas alis:
Nil poterit iuno:niſi multos flere dolores?
Idque mihi ſatis eſt.hæc una potentia noſtra eſt.
Ipſe docet quid agam.fas eſt & ab hoſte doceri.
Quidque furor ualeat pentheia cæde ſatiſꝗ
Ac ſuper oſtendit:cur non ſtimuletur:eatque
Per cognata ſuis exempla furoribus ino?
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo:
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners:umbræꝗ recentes
Deſcendunt illac:ſimulacraque functa ſepulchris:
Pallor hyemſque tenent late loca ſenta: nouique
Qua ſit iter manes ſtygiā quod ducat ad urbem:
Ignorant:ubi ſit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus: & apertas undique portas
Vrbs habet:ut que fretum de tota flumina terra:
Sic omnes animas locus accipit ille:nec ulli
Exiguus populo eſt turbamue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore & oſſibus umbræ.
Parſꝗ forum celebrant.pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent.aliam partem ſua pœna coercet.
Suſtinet ire illuc cæleſti ſede relicta

Parſq; foꝝ celebrãt. Id ſequit̃ qđ iquit in ſexto Verg. nã unuſqſq; apud iferos iiſdẽ ſtudiis delectat̃: quib⁹ dũ uiueret: tenebat̃. Nõnulli ergo apud iferos ſũt cauſidici. alii aulici. alii artifices: alii i carcere detinent̃. Imi tyranni. Inferni regis Plutõis. Tm̃ odiis. Parẽtheſis ẽ acclamatõem cõtinẽs Adeo iquit Iuno ab ira odioq; uexabat̃ Simul. poſtq̃. Cerber⁹. Canis ẽ triceps iferoꝝ cuſtos. Sorores nocte gẽitas. Furias. Eumenides nãq; noctis & Achærõtis filiæ fuiſſe dñr: Sũt aũt tres. Tiſiphõe. Alecto. & Megæra. Graue & iplacabile numẽ. Moleſtũ & qđ nullis ꝓcibus placari põt. Adamãte. Adamas adeo dur⁹ ẽ lapis: ut nulla alia re q̃ hircio ſãguie frãgi poſſit. Sedes ſcelerata uocat̃. Sceleratoꝝ ſedes uocat̃ carcer in quo ex iis q plectabant̃ nõ nulos enũerat.

Viſcera ꝓbebat. Tytius laniãda. Tyti⁹: ut q̃dã Elares: ut alii. Terræ fuiſſet fili⁹ dr̃ adeo magn⁹: ut nouẽ iugera ſuo corpe occuparet. Hic cũ Latonæ: ſiue ut Euphorion ſcribit: Dianæ ui inferre uellet: Sagittis Apollinis ad iferos detruſus: ea pœna fuit dãnat⁹ ut uultures cor ei⁹ nũq̃ exeder̃ ceſſẽt. Tibi Tãtale nullæ. Tãtalus Iouis ex plote nympha fili⁹ cũ Iouis arcana hoĩb⁹ ꝑdidiſſet: filiũq; pelopem diis hoſpitio ſuſceptis comedendũ appoſuiſſet alias eẽ carnes mẽtit⁹: ad iferos detruſus ea pœna plectit̃: ut neq; bibere aq̃s ẽt labia tãgẽtib⁹: neq; q̃cq̃ cõedere poſſit: q̃uis illius capiti arbor imineat põis onuſta. Hac aũt pœna auari oẽs affici uident̃: q partis pecũiis ꝑ auaritiã uti nõ poſſũt. Aut urges Siſyphæ. Siſyph⁹ Aeoli fuit fili⁹: q cũ Iſthmũ Latrociniis ifeſtaret: a Theſeo iterfect⁹ ea pœna apud iferos dãnat⁹ ẽ: ut ex ima ualle ſaxũ admõtis uerticẽ nũq̃ urger̃ deſiſtat: niſi cũ in uallẽ deſcẽdit ad ſaxũ delapſũ iteꝝ in mõtis cacumẽ ipellendũ. Hoc ãt figmento denotãtur ambitioſi: q q̃uis ſæpi⁹ i petendis magiſtratib⁹ repulſã ferãt: ab ambiendo tñ nũq̃ deſiſtũt. ¶Voluit̃ Ixion Phlegyæ filius fuit Ixion ut Euripides quoq; teſtat̃. Vt uero Phereydes ait Aetõis. Is cũ Dian Eiõei filiã uxorẽ ducere cupet: multa ſe datuꝝ mũera ſocero pollicit⁹ ẽ. Ad q̃ qdẽ accipiẽda cum iret eioneus: barathꝝ effodiẽs ixion igniq; replẽs lignis ſubtilib⁹ tẽuiq; puluere illud operit: in qđ cũ eione⁹ cecidiſſet: extict⁹ ẽ. Tãto ſcelere admiſſo ixion rabie correpť⁹ ẽ: nẽoq; ipſũ neq; deoꝝ neq; hoium purgare uolebat. qđ prius oium hoiemq; familiaritate ſibi cõiũctũ necaſſet. Tãdẽ uero iupiter miſericordia motus illũ purgauit. Quo facto Iunonem amare cæpit deſtupriq; iterpellauit: Cui iupiter nebulã iunoni ſimilẽ obiecit. Deinde ad iferos detruſus ita rotæ fuit alligatus: ut ſp uoluat̃. ¶Belides. Beli neptes. Nã bel⁹ duos hũit filios Danaũ. & Aegyptũ: ꝓ quo impiti ſcribunt ægyſtũ. Is q̃nquagita Danai filias totidẽ ſuis fili⁹ deſpõſauit. Sed Danaus cũ apollinis oraculo didiciſſet: ſe q̃nq; ab uno filioꝝ Aegypti ſibi genero occiſũ iri. filiab⁹ mandauit: ut pria nocte q̃q; ſuũ maritos occiderẽt. Quæ quidẽ oẽs ꝑter unã hypmeſtrã natu minorẽ: q̃ lino ſpõſo pepcit: a quo poſtea Dana⁹ fuit iterfect⁹. pñi ſũt obſecutæ. Quare ea pœna apud iferos ſũt dãnatæ: ut cribris aquã haurire nũq̃ deſiſtãt. Letũ. mortẽ a lẽdo: qđ nõ ẽ i uſu: qđ mors oĩa deleat. Patruelib⁹. Ex duob⁹ frĩb⁹ nati

(Tantum odiis iræq; dabat) ſaturnia iuno.
Quo ſimul intrauit: ſacroq; a corpore preſſum
Intremuit limen: tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit. illa ſorores
Nocte uocat genitas: graue & implacabile numen,
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant:
Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues:
Quam ſimul agnorunt inter caliginis umbras
Surrexere deæ. ſedes ſcelerata uocatur.
Viſcera præbebat Tityus lanianda: nouẽq;
Iugeribus diſtractus erat. tibi Tantale nullæ
Depræhenduntur aquæ: quæq; iminet effugit arbor
Aut petis: aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion: & ſe ſequiturq; fugitq;.
Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ
Aſſidue repetunt: quas perdunt: Belides undas.
Quos omnes facie poſtq̃ ſaturnia torua
Vidit: & ante omnes Ixiona: rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens: cur hic he fratribus inquit
Perpetuas patitur pœnas? athamanta ſuperbum
Regia diues habet: qui me cum coniuge ſemper
Spreuit? & exponit cauſas odiiq; uiæq;:
Quidq; uelit. quod uellet erat: ne regia Cadmi
Staret: & in facinus traherent athamanta furores.
Imperium. promiſſa. preces confundit in unum:
Sollicitatq; deas. ſic hæc iunone locuta
Tiſyphone canos ut erat turbata capillos
Mouit: & obſtantes reiecit ab ore colubros:
Atq; ita. non longis opus eſt ambagibus inquit.
Facta puta quæcunq; iubes. inamabile regnum
Deſere: teq; refer cæli melioris ad auras.
Læta redit iuno: quam cælum intrare parantem
Roratis luſtrauit aquis Thaumantia iris.
Nec mora Tiſyphone madefactã ſanguine ſumit
Importuna facẽ: fluidoq; cruore rubentẽ
Induitur pallã: tortoq; incingitur angue:

patrueles dñr. Et añ oēs Ixiona. Quia ab eo affecta iiuria fuerat cū de ſtupro fuit iterpellata. Rurſus ab illo. poſt illū. Cur hic e frīb⁹. Nā Siſyph⁹ & Athamas fr̄es fuere filiiq̧ æoli. Cū cōiuge. Cū uxore ſua Ino. Spreuit Cōtēpſit. Et exponit cāſ. odii: quo ꝓſequit Athamātē. Quidq̧ uelit. exponit ēt qd uelit furias facere. Staret. erecta foret. ſed euerteret. Et ī facinus. In ſcelus. Traherēt Athamāta furores. hoc ē: Vt athamas furioſus effectus aliquid mali perpetraret. Impium. ꝓmiſſa. Deoꝝ ſeruat poeta. Nā iratoꝝ cōfuſa ſp ē oro. Tiſiphōe. una ē ex tribus iferni furiis q̄ hōicidas maxie punit. uñ ēt nomē accepit. nā τιω ē punio. φονοσ cædes dr̄. Obſtantes colubros. ſerpētes os ipediētes ne loqui poſſet. Furiæ nāq̧ ſerpētes pro crinib⁹ habere finguntur. Lōgis ambagib⁹. Lōgis uerboꝝ circuitionibus. Lōga orōne. Roratis inſperſis. Luſtrauit. purgauit ab inferoꝝ contactu. Thamantias iris. Thaumātis filia. Importuna. Moleſta. Fluido cruore. corrupto ſanguine. Tyſiphōes āt apparatū habitūq̧ ꝑſpicue deſcribit. Luctus cōmitat. Scite hi comites attribuūtur Tiſiphōe furiæ. Nā & luct⁹ & pauoris & inſaniæ cā eē mortalib⁹ Tiſiphone uidetur. Limine athamatis. Poſtes æolii ianuæ athamātis Aeoli nepotis. Pallorq̧ fores īfecit acernas. Aduētu inquit Tiſiphones fores acernæ pallidæ fuerunt effectæ. Ex quo maxia uix ueneni furiæ illi⁹ ſignificatur

Fores acernas. ex acere cōfectas: Acer nanq̧ arbor eſt opum elegantia & ſubtilitate citro ſecūda: ut Plinius ſcribit. Plura ei⁹ ſūt genera q̄ qui uidere cupit: ex plinii ſextodecio uolumine: repetat licet. Solq̧ locū fugit. Aduētu Tiſiphones ſol quoq̧ fugatus ē. Infelix. iſelices faciens. Sic Vergili⁹. Sis fœlix noſtrūq̧ lenes q̄cūq̧ laborē. Saniēq̧ uomūt. Venenū ex ore emittūt. Linguiſq̧ coruſcant. Liguas uibrant. Eſt. n. trifida & longiſſima ſerpentibus lingua: quā tāta celeritate mouēt: ut tres hre linguas uideant. Graues aīos. difficiles anxios. Vulnera. Morſus. Diros ictus. graues affectus & ꝑturbatōes. Ictus āt ꝓprie ſcorpionum dñr: q̄uis & ſerpentum. Et uirus echidnæ. Hidræ ſerpentis. echidna uero latine uipera dicitur. Erroreſq̧ uagos. Errandi uagandiq̧ cupiditatē. Proprio āt epitheto uagos errores poeta uocauit. Cicuta. herba ē præſentiſſimi ueneni. Furiale. In furorem agens. Mouit ī furorem cōmouit. Ignes. Venti & facis agitatōe cōmotos. Conſequitur ignibus aſſequitur ſic ut cōtinenter igneus orbis uideretur. Sic uictrix. uoti cōpos.

Sumptūq̧ recingitur anguem. Serpentem quo cincta erat Tiſiphōe reſoluit. Furibundus. Furioſus. Io cōites. uox eſt & bacchantium & furētiū. Et parua Learchū. Athamas ex ino Learchum & Melicertā filios ſuſcepit. Ex Nephele uero Phrixū & Hellen: ut alibi plenius dixius. Rotat. Circūducit. Rigido ſaxo. Duro & aſpo. Diſcutit. Diſiicit. illidit. Diſtringit quatiendo. Infātia ora. ifantis caput. Sparſi uenēi. a Tiſiphōe. Exululat. clamores horrēdos emittit. Male ſana. Inſana & furioſa. Euoe bacche. uox eſt bacchantiū.

Egrediturq̧ domo: luctus cōitatur eunté:
Et pauor: & terror: trepidoq̧ inſania uultu.
Limine conſtiterat. poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolii. pallorq̧ fores infecit acernas.
Solq̧ locum fugit. monſtris exterrita coniunx.
Territus eſt athamas: tectoq̧ exire parabant.
Obſtitit infelix: aditumq̧ obſedit erynnis.
Nexaq̧ uipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit. motæ ſonuere colubræ.
Parſq̧ iacens humeris. pars circum pectora lapſæ
Sibila dant: ſaniemq̧ uomunt: linguiſq̧ coruſcant.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues:
Peſtiferaq̧ manu raptos immiſit. at illi
Inoosq̧ ſinus. athamanteoſq̧ pererrant:
Inſpirantq̧ graues animos: nec uulnera membris
Vlla ferunt. mens eſt quæ diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoq̧ monſtra ueneni
Oris cerberei ſpumas: & uirus echidnæ:
Erroreſq̧ uagos: cæcæq̧ obliuia mentis:
Et ſcelus: & lachrymas: rabiemq̧: & cædis amorem:
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine mixta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uerſata cicuta.
Dumq̧ pauent illi: uertit furiale uenenum
Pectus in amborum: præcordiaq̧ intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem:
Conſequitur motos uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix iuſſiq̧ potens ad mania magni
Regna redit ditis: ſumptumq̧ recingitur anguem
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat io comites his retia tendite ſiluis.
Hic modo cum gemina uiſa eſt mihi prole leæna.
Vtq̧ feræ ſequitur ueſtigia coniugis amens:
Deq̧ ſinu matris ridentem: & parua Learchum
Brachia tendentem rapit. & bis terq̧ per auras
More rotat fundæ rigidoq̧ infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox. tum deniq̧ concita mater
Seu dolor hoc fecit: ſeu ſparſi cauſa ueneni
Exululat: ſparſiſq̧ fugit male ſana capillis.
Teque ferens paruum nullis melicerta lacertis
Euoe bacche ſonat. bacchi ſub nomine iuno

Sonat.Clamat. Hos uſus.Hãc utilitatẽ ut furas & iſanias. Imminet.Promõtoriũ deſcribit unñ ſe Ino cũ Melicerta filio ꝑcipitauit. Sũma riget.aſpa & iculta ẽ. In aptũ æquor.In latũ mare. Occupat.celeriter aſcẽdit. Vires iſania fecerat.parẽtheſis:qua res ueriſimilis efficit. Onuſq; ſuũ.Melicertã filiũ quẽ fugiẽs ſecũ aſportauerat. Recanduit.Cãdida & alba facta ẽ pp ſpumã:quã cõcitatũ mare emittere ſolet.Tametſi candere ꝓprie dicatur ferꝝ ignitũ. Neptis.Inus.q̃ Hermiões filiæ Veneris filia fuit. Suo patrio.Neptũo q frẽ iouis.cui⁹ tertia Venus eſſe filia dr.Quatuor.n.Veneres fuiſſe Cicero i libris de natura deoꝝ ſcribit.quaꝝ primã q̃ magna Venus

Candere

quatuor Veneres

appellat:Cæli ac diei filiã fuiſſe.Secũdã ex maris ſpũa natã.Tertiã Iouis & Diões filiã.Quartã ſyrii & Cypriæ. Proxia.Nã Ioui cælũ i mũdi diuiſiõe.Neptũo terra cũ mari optigit. In io.im. Ioniũ mare ẽ græciã alluẽs :iter Aegæũ & Tyrrhenũ pelag⁹ ſitũ. Tametſi nõ deſunt q ſcribũt illud cũ Adriatico ſinu copulari.Dictũ ẽ ãt a Ionio quodã uiro illyrico: ut ſcribit Theopõp⁹.Alii uero ab errore ιοῦσ i Vaccã mutatæ ioniũ putãt eſſe decliatũ. Eſt ãt ſpondaicus uerſus neq; ulli⁹ uocalis admittit colliſionẽ.Hæ uero cõpoſitio maxie iplorãti auxiliũ ẽ accõmodata. Tuis marinis. Aliqua ẽt mihi.hoc ẽ.Ego quoq; aliqd gr̃æ i mari hẽre debeo.cũ i mari ex ſpuma ſim nata.Indeq; appellata.Obiter ãt Ouidi⁹ aliã quoq; trãſformatõem expõit.Nã ſcd a Ven⁹:ut dixim⁹ ex maris ſpũa ac ſãguie cæli teſticuloꝝ ꝓcreata fingitur.Saturn⁹.n.Cælo pr̃i iratus falce uirilia abſcidiſſe:eaq; i mare ꝓieciſſe narrat: ex quoꝝ ſanguie & maris ſpũa Ven⁹ cõcreta eẽ ꝓhibet unñ ẽt.aphrodite ἀπὸ τῆς ἀφροῦ.hoc ẽ a ſpuma uocat. Nomẽq; ſimul faciemq; uocauit.hoc ẽ.figurã & nomẽ in⁹ & Melicertæ cõmutauit.Nã ino Leucothea græce.latie Matuta fuit appellata.Melicerta uero a græcis Palæmõ a nr̃is portun⁹ fuit nũcupat⁹. Sidõiæ cõites. Matrõæ Thebãe Ino fugiẽtẽ ſecutæ:cũ ex ueſtigiis pcepiſſent eã ſe i mare ꝑcipitaſſe:Iunõi inuidiã facere cœpunt.Quare iuno irata eas partim in ſaxa partim in aues commutauit.

**Veneris origo**

Leucothea. Matuta palemõ. portunus

Primo ſaxo.in prima promontorii parte. Nec dubiũ de morte ratæ.Nã eã mortuã cũ filio putauerunt. Cadmeida. Cadmeiã.ꝓnomicũ ꝓ poſſeſſiuo. Deplanxere.defleuere palmis pectora plãgentes atq; pcutientes. Conuicia.cõtumelias. Monumenta.Memoriam. Solito plangore. Cõſueta pcuſſione. Riguiſſe.duros factos eſſe. Hæſit.pmãſit. Quæ nunc quoq; gurgite in illo. Tapinoſis eſt.gurgitem.n.pro ſinu maris poſuit poeta.gurgites.n.flũinũ ꝓprie dñr. Diſtringunt.radunt.leuiter attingũt. Calmeides. Thebanæ mulieres a Cadmo Duce ſic dictæ. Neſcit Agenorides.Cadmus uariis ſuorũ infortuniis uexatus Thebas una cum Hermione Vxore dereliquit:Seq; in Illyriũ cõtulit:ubi cũ Vxore i ſerpẽtẽ fuit cõuerſ⁹.Quod qdẽ idcirco fingit.qa Cadm⁹ cũ iã eſſet ſenex ab amphiõe & zetho regno pulſ⁹ ad Ilyrios ſe

**Comites Inus in lapides & Aues**

gurges

Riſit:& hos uſus præſtet tibi dixit alumnus.
Imminet æquoribus ſcopulus.pars ima cauatur
Fluctibus:& tectas defendit ab imbribus undas.
Summa riget:frontemq; in apertũ porrigit æquor.
Occupat hunc(uires inſania fecerat)Ino:
Seque ſuper ponto nullo tardata timore
Mittit:onuſq; ſuum.percuſſa recanduit unda.
At uenus immeritæ neptis miſerata labores
Sic patruo blandita ſuo eſt.o numen aquarum:
Proxima cui cælo ceſſit neptune poteſtas:
Magna quidem poſco.ſed tu miſerere meorum:
Iactari quos cernis in ionio immenſo:
Et diis adde tuis.aliqua & mihi gratia ponto eſt:
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui:gratumque manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti neptunus:& abſtulit illis
Quod mortale fuit:maieſtatemq; uerendam
Impoſuit:nomenque ſimul faciemq; nouauit.
Leucotheaq; deum cum matre palæmona dixit.
Sidoniæ comites quantum ualuere ſecutæ
Signa pedum primo uidere nouiſſima ſaxo.
Nec dubium de morte ratæ cadmeida palmis
Deplanxere domum ſciſſis cum ueſte capillis.
Vtq; parum iuſtæ nimiumq; in pellice ſæuæ
Inuidiam fecere deæ.conuitia iuno
Non tulit:& faciam uos ipſas maxima dixit
Sæuitiæ monumenta meæ.res dicta ſecuta eſt.
Nam quæ præcipue fuerat pia:perſequar inquit
In freta reginam:ſaltumq; datura moueri
Haud uſq̃ potuit:ſcopuloq; affixa cohæſit.
Altera dum ſolito temptat plangore ferire
Pectora:temptatos ſentit riguiſſe lacertos.
Illa manus:ut forte tetenderat in maris undas:
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas:
Huius ut arreptum laniabat uertice crinem:
Duratos ſubito digitos in crine uideres.
Quo quæq; in geſtu deprenſa eſt:hæſit in illo.
Pars uolucres factæ:quæ nunc quoq; gurgite i illo.
Aequora diſtringunt ſummis cadmeides alis.

Neſcit agenorides natam paruumq; nepotem
Aequoris eſſe deos.luctu ſerieq; malorum
Victus & oſtentis:quæ plurima uiderat:exit
Conditor urbe ſua.tanq̃ fortuna locorum
Non ſua ſe premeret:longiſq; erroribus actus
Contigit illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis anniſq; graues dum prima retractant
Facta domus:releguntq; ſuos ſermone labores:
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens
Cadmus ait fuerat:tum cum ſidone profectus
Vipereos ſparſi per humum noua ſemina dentes?
Quem ſi cura deum tam certa uindicat ira:
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar aluum.
Dixit.& ut ſerpens in longam tenditur aluum:
Durataeq; cuti ſquammas increſcere ſentit:
Nigraq; cæruleis uariari corpora guttis:
In pectus cadit pronus:commixtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Bracchia iam reſtant:quæ reſtant brachia tendit:
Et lachrymis per adhuc humana fluentibus ora
Accede o coniunx.accede miſerrima dixit.
Dumq; aliquid ſupereſt de me:me tange:manumq;
Accipe:dũ manus eſt.dũ non totũ occupat anguis.
Ille quidem uult plura loqui:ſed lingua repente
In partes eſt fiſſa duas.nec uerba loquenti
Sufficiunt:quotieſq; aliquos parat edere queſtus:
Sibilat.hanc illi uocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniunx.
Cadme mane:teq; his infelix exue monſtris.
Cadme qd hoc?ubi pes:ubi ſũt hũeriq; manuſq;?
Et color & facies?& dum loquor omnia?cur nõ
Me quoq; cæleſtes in eundem uertitis anguem?
Dixerat.ille ſuæ lambebat coniugis ora:
Inque ſinus caros:ueluti cognoſceret:ibat.
Et dabat amplexus aſſuetaq; colla petebat.
Quiſquis adeſt(aderãt comites)terretur.at illis
Lubrica perlucent criſtati colla draconis.
Et ſubito duo ſunt:iunctoq; uolumine ſerpunt:
Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nũc quoq; nec fugiũt hoiem.nec uulnere lædũt:
Quidq; prius fuerint placidi meminere dracones.
¶Sed tamen ambobus uerſæ ſolatia formæ

Cadm° cũ uxor̄ in ſerpentes

contulit:ut Palæphat° ſcribit:ubi una cũ Hermione uxore miſerrimam exegit uitã. Serie q; malorum. Continuatione infortũiorum. Et oſtentis monſtris. Premeret. uexaret. Cõtigit Illyricos fines. In Illyriũ puenit. Eſt aũt Illyriũ regio Epiro finitima ab Illyrio Polyphemi filio cognominata:ut ſcribit Appianus. Graues. pleni. onerati. Dum prima retractãt. Cõmemorãt ſuæ dom° primordia. Relegũtq; ſuos ſermone labores. colligunt. in memoriã reducunt. Nũ ſacer ille. Dubitat Cadmus an ille ſerpens:quẽ ad fontẽ interfecit:alicui deorum fuerit cõſecratus:qui ſibi malorum cã fuerit. Quẽ ſi cura deũ uindicat. hoc eſt. Pro cuius cæde ſi dii uindictã de me ſumunt:utinã ego quoq; ſerpens efficiar: ut ab iſtis liberer malis. Eleganter aũt dicimus uindico inimicos & patris cædẽ pro eo qđ eſt punio inimicos & pro cæde patris uindictã ſumo. Tam certa ira. ut me nunq̃ malis uexare ſint ceſſaturi. Porrigar. pducar: plonger. Cõmixtaq; in unum. cõfuſa in unũ. Tenuant. tenuia ac ſubtilia efficiũtur. Tereti. oblõgo atq; rotundo. Tendit extendit ad uxorẽ. In partes eſt fiſſa duas. Serpentes bifidã ſiue ut Plinius ait: triſulcã uident habere linguam.

Nec uerba loquenti ſufficiunt. Nec partes inqt linguæ ſubminiſtrant uerba cadmo loq uolenti. Sufficere nanq; hoc loco eſt tranſitiuum. & ſubminiſtrare ſignificat. Aliquos q̃ſtus. aliquas q̃relas. Qua ĩ ſignificatõe citra diphthongũ ſcribitur. Quæſtus. n. cũ dipthongo turpe ſignificat lucrum. Sibilat. Sibilare uerbũ eſt facticiũ a uocis ſono declinatũ. Natura aũt ſerpentes ſibilãt. Et dũ loquor oĩa. Ordo eſt & ſenſus. Et ubi ſunt oĩa mẽbra: dum loquor? Miratur. n. Hermiõe qđ nihil mẽbrorum cadmi uidebat. Aderãt comites. parentheſis: qua ſignificantur comites ſaltem interfuiſſe illi transformatõi. Criſtati dracõis. Criſtas in capite habentis. Draco autẽ ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι. hoc eſt. a uĩdẽdo declinat. Eſt. n. acutiſſimi uiſus. Iunctoq; uolumine. Iũcta reuolutõe. Appoſiti. iuxta poſiti ac uicini.

¶Sed tñ ambobus. Hæc idcirco a poeta narrantur: ut cõcinne quas expoſiturus eſt tranſfigurationes cũ prioribus cõnectantur. Nam Acriſius Rex argiuorum & orgia Bacchi ſpernebat: & perſeum ſibi nepotem Iouis eſſe filiũ non credebat. Sid igitur ad Perſei geſta enarranda deſcẽdit poeta. Nepos. Bacchus q ex India deuicta glorioſiſſimũ reportauerat triũphum. Debellata. Bello deuicta. Achæia. græcia. Nã Achæia pars eſt græciæ. Vñ Achei pro græcis accipiuntur. Sane Achæia cum diphthongo a Græcis ſcribit. Sic ãt eſſe ſcribendum. Achæi inde ducti facile oſtendunt.

Poſitis templis.ædificatis. Sol⁹ abātiades.Acriſius ut ī libro tēpoꝝ ſcribit Euſebi⁹.Abātis argiuoꝝ Regis fuit filius:paterq; Danaes:ex qua Perſeū Iupiter ſuſcepit.Is a prœto fratre pulſus regno a Perſeo Nepote fuit reſtitutus:a quo tandē inuito cūdiſco luderet.fuit interēptus.Pherecydes aūt narrat.ut ſcribit Apollonii Argonauticon expoſitor.Acriſio nupſiſſe Eurydicen Lacedemonis filiā.ex qua cū Danaen ſuſtuliſſet an marē de illa eēt ſuſcepturus oraculū interrogauit.Cui apollo nullū quidē ipſi filiū futuꝝ eē rñdit.Fore aūt ut ab eo quē filia genuiſſet iterficiat̃.Domū itaq; reuerſus thalamū æreū in media ædiū aula Sub terra fabricādū curauit: in quo Danaen cū nutrice iclusā ita ſeruabat neqs ad illā uir ingredi poſſet:Iupiter uero puelle amore captus in auri guttas cōuerſus ex tecto p ipluuiū deflués a uirgie ſinu fuit except⁹. Seipſum āt cū apuiſſet puellā cōpreſſit .ex qua Perſeus ē natus:q a matre & nutrice clā acriſio fuit educatus.Cū uero iā ad tertiū quartūue ætatis annū puer pueniſſet.Vocē illius ludentis Acriſius audiuit.Ad ſe igit̃ Danae cū nutrice accerſita:hāc quidē iterimit. Danaen uero cū puero ad Iouis ercii arā deducit:ipſāq; Solus iterrogat.Vñ ſibi puer ſit natus.Illa uero ex Ioue rñdit.Hoc Acriſius cū adduci nō poſſet ut crederet:in arcā una cū puero illam impoſuit:cūq; eā clauſiſſet in mare ꝓiecit Ea uero ad ſeriphū iſulā delata a Dictye Periſthenis filio qui forte tū piſcabat̃: reti fuit extracta:quā quidē cū ꝑcib⁹ Danaes apuiſſet:ac quinā eſſēt reſciuiſſet:ipſos & domū deducit & ut cognatos acicpit. Dictys.n.atq; Polydectes Androthoes filiæ Caſtoris & Periſthéis filii fuerūt.Periſthenis aūt pr̄ fuit Damaſtor filius Nauplii:quē ex Amymōe ſuſcepit neptunus:ut in prīo Pherecydes idē ſcribit.Cū uero accepiſſet acriſi⁹ Polydecten ſeriphi rege oſtēſo Gorgonis capite in ſaxū fuiſſe cōmutatū argis metu aufugit ad pelaſgoſq; lariſſā puenit:Quod quidē poſtq̃ Perſe⁹ cognouit ad illū in patriā deducēdū eſt ꝓfectus.Sed cū in iuuenes quoſdā diſco certātes incidiſſet: ipſe quoq; diſcū iecit i aerē:qui reſiliēs acriſii pedē ita pcuſſit:ut ibi uitā cū morte cōmutarit.Ita fatū uitare nō potuit.Perſeus uero una cum lariſſæis ante urbē ipſi ut Heroi ſepulchꝝ magnificū erexit. Abātiades.Abantis filius. Abantes quoq; populi ſunt Euboeæ:a quibus ēt Abantis fuit appellata:ſiue ab Abante Argei filio uel Neptuni & Aretuſæ.

*Guttæ ſāguinis Meduſæ in ſerpentes*

> Magna nepos dederat:quem debellata colebat
> India.quem poſitis celebrabat achæia templis.
> Solus abantiades ab origine cretus eadem
> Acriſius ſupereſt.qui mœnibus arceat urbis
> Argolicæ:contraq; deum ferat arma:genuſq;
> Non putat eſſe deum.neq; enim iouis eſſe putabat
> Perſea:quem pluuio Danae conceperat auro.
> Mox tamen Acriſium(tanta eſt præſentia ueri.)
> Tam uiolaſſe deum:q̃ non agnoſſe nepotem
> Pœnitet.impoſitus iam cælo eſt alter:& alter
> Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
> Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
> Cunq; ſuper libycas uictor penderet harenas:
> Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
> Quas humus exceptas uarios aīauit in angues:
> Vnde frequens illa eſt infeſtaq; terra colubris.

Ab origine eadē. Quia & ipſe ab Ioue originē ducebat.Nā belus Iouis fuit fili⁹.Is uero pr̄ fuit Abantis cu⁹ filium Acriſiū fuiſſe dixius. Neq;.n.Iouis eſſe putabat Perſea:filiū ſubintelligam⁹ uel genus.Perſeus āt Iouis ex Danae acriſii fuit filius.Is cū adoleuiſſet:ut ſcribit Ioānes grāmatic⁹ Palladis:ut alii polydectis regis ſeriphi iuſſu ad gorgones debellādas ē ꝓfectus:Aegide a pallade ipſa ac talarib⁹ enſeq; falcato a mercurio acceptis.Meduſæ igit̃ caput amputatū cū in græciā referret ab Atlāte Mauritaniæ rege ab hoſpitio repulſus:gorgonis capite oñſo ipſū in mōtē eiuſdē nois cōmutauit.Andromedā deinde uirginē Cephei regis ac Caſſiepiæ filiā monſtro marino crimie matris obiectā ea cōditōe liberauit:ut ſibi uxor traderet̃.Sed cū iā nuptias celebraret:ac Phineus Cephei frater:cui andromeda anteq̃ obiiceret̃ mōſtro:fuerat deſpōſata:ſibi eā ui auferre conaret̃.& multos ex illius ſociis iterfecit:& gorgonis capite oſtenſo Phineū ipſū cū reliqs in ſaxa cōuertit.Ac demū in græciā reuerſus prœtū acriſii fratrē:q regno auū expulerat:ī lapidē trāſformauit:acriſiūq; auū ī regnū reduxit: ac polydectē Seriphi Regē una cū multis aliis in ſaxa cōuertit.Ipſe uero ī oriētē ꝓfectus perſiā:perſaſq; de noie ſuo appellauit.Tandē inde reuerſus cū acriſiū auū inuitus diſco ludēs iteremiſſet:ipſe cū andrōeda uxore ac Cepheo ſocero:& Caſſiepia ſocru ī cælū fuit trāſlatus.atq; iter ſidera collocat⁹. Quē pluuio Danae cōcepat auro.Danae acriſii filla q̃ ī turri ita cōcluſa erat a pr̄e:quī accepat ſe Nepotis manibus pituꝝ:ut nullus uir ad eā accedere poſſet a Ioue ī auri guttas trāſformato fuit cōpſſa.Quod cū reſciuiſſet acriſius:ægre ferēs illā in arca ipoſitā ī mare ꝓiici iuſſit.Ea uero arca a Dictye piſcatore ſeriphio:ut Strabo narrat:ad polydectē Seriphi regē fuit delata:q̃ q̃uis Danaē cogere nō potuerit ut ſibi nuberet:Perſeū tñ īfantē educauit. Pluuio auro.Nā Iupiter ī auri guttas cōuerſus ī Danaes gremiū pluiſſe fingit̃. Tāta ē pñtia ueri.acclamatio hæc iterpoſita ſignificat maximā eē ueritatis potētiā. Pñtia potētia. Pœnitet.Quia & perſeū Ioue digna geſſiſſe accipiebat.& Bacchū ī numeꝝ deoꝝ iā eē relatum uidebat. Impoſit⁹ iā tum cælo ē alter Bacchus ī numeꝝ deoꝝ relatus. Viprei mōſtri ſpolium.Capitis Meduſæ eſt periphraſis.Nam phorcus ex cetho coniuge tres ſuſtulit filias eximia pulchritudie. Euryaliā.Stheno. & Meduſam:& ut non nulli uolunt ſcyllam:quas pomponius Mela ſcribit gorgadas inſulas æthiopici maris tenuiſſe. Vnde gorgones uidentur appellatæ.Harum natu maxima fuit Meduſa: quæ

cũ quadã die ſola ĩ littore uagaret̃:a Neptuno fuit adamata:ut eã uel in tẽplo Palladis:quo cõfugerat: uiolarit. Quare pallas ĩdignata & crines eius q̃bus maxĩe Neptuno placuerat.ĩ angues cõuertit:& effecit ut quotiẽſcũq; aſpexiſſet:ĩ lapides cõmutarent̃.Hanc uero Perſeus ut iã dixĩus:ope Palladis a qua ſcutũ chryſtallinũ:& Mercurii a quo talaria & falcatũ enſẽ acceperat:iteremit.Quod q̃dẽ idcirco fictũ uĩ:q̃d Perſe⁹ illi⁹ ſupatæ opib⁹ p̃clara multa geſſit.Nã atlãtẽ Mauritaniæ Regẽ & africã & totã græciã partẽq; aſiæ ſubegit. Memorabile. mẽoratu dignũ. Aera carpebat tenerũ.hoc ẽ p aera penetratu facilẽ uolabat.

Inde per immenſum uentis diſcordibus actus
Nunc huc nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur:& ex alto ſeductas æthere longe
Deſpectat terras:totumq; ſuperuolat orbem.
Ter gelidas arctos.ter cancri brachia uidit.
Sæpe ſub occaſus.ſæpe eſt ablatus in ortus:
Iamq; cadente die ueritus ſe credere nocti
Conſtitit heſperio regnis atlantis in orbe.
Exiguamq; petit requiem:dum lucifer ignes
Euocet auroræ:curſus aurora diurnos:
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides atlas fuit.ultima tellus
Rege ſub hoc & pontus erat: qui ſolis anhelis
Aequora ſubdit equis:& feſſos excipit axes.
Mille greges illi:totidemq; armenta per herbas
Errabant:& humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos.ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait perſeus illi.ſeu gloria tangit
Te generis magni.generis mihi iuppiter auctor.
Siue es mirator rerum:mirabere noſtras.
Hoſpitium requiemq; peto.memor ille uetuſtæ
Sortis erat:dederat Themis hanc parnaſſia ſorte:
Tempus atla ueniet:tua quo ſpoliabitur auro
Arbor:& hunc prædæ titulũ ioue natus habebit:
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas
Montibus:& uaſto dederat ſeruanda draconi:
Arcebatq; ſuis externos finibus omnes:
Huic quoq; uade procul:ne longe gloria rerum
Quas mentiris ait,longe tibi iuppiter abſit.
Vimq; minis addit:manibuſq; expellere temptat
Cunctantem:& placidis miſcentẽ fortia dictis.
Viribus inferior(quis enim par eſſet atlantis
Viribus:)at quoniã parui tibi gloria noſtra eſt.
Accipe munus ait:leuaq; a parte meduſæ
Ipſe retrouerſus ſquallentia protulit ora:
Quãtus erat mõs factus atlas:nã barba comæq;
In ſiluas abeunt:iuga ſunt humeriq; manuſq;
Quod caput ante fuit:ſummo ẽ in mõte cacumẽ:

Cũq; ſup libycas.guttas ſanguinis ex Meduſæ capite cadentes ĩ terram libyam uarios in ſerpentes conuerſas fuiſſe narrat poeta. Quod ideo fictum uidetur:quia libya ſerpentibus uenenoſis abũdat. Gorgonei capitis. Meduſæi.gorgones.n.ut dixim⁹: tres fuere ſorores:quarũ Meduſæ natu maximæ a Perſeo caput fuit amputatũ. Colubris.ſerpẽtib⁹ Inde p imẽſũ:p ĩfinitum ac inane:qui ẽ aer. Seductas.ſepatas. Deſpectat.dehorſũ ſpectat. Totũq; ſupuolat orbẽ. hoc eſt ſupra totum terrarũ orbẽ fert̃. Gelidas arctos.Gelidos ſeptentriones:ad quos nunq̃ ſol accedit. Iãq; cadẽte die.occidente ſole. Credere.cõmittere. In Heſpio orbe. In occidẽtali orbis parte.Nã heſpus ſtella eſt q̃ ueſpi in occidẽte apparet.Vnde heſpius orbis & hiſpania iterdũ heſpia uocat̃.Sic ãt cõcinne ingredit̃ transformatõem Atlãtis regis Mauritaniæ potentiſſimi in mõtẽ:ad quẽ cũ pueniſſet Perſe⁹:rogauit ut ſe hoſpitio ſuſcipet:dõec illuceſceret dies.Cæterũ Atlas oraculo admonitus ut ſibi a Iouis filiis caueret:ne regno ab aliquo eorũ priuaret̃: illũ ſupbe admodũ repulit.Quare Perſeus ĩdignat⁹ capite Meduſæ reuelato eũ in mõtẽ trãsformauit.qui cælũ ſuſtinẽ dr̃. q̃ idcirco fictũ eſſe uidet̃:q̃d Perſeus ſupatæ meduſæ opib⁹ fret⁹ Atlãtis regnũ ĩuaſit:eũq; in mõtes fugere coegit. Cælũ ãt humeris ſuſtinere fingit̃ Atlas:tũ q̃d:ut ſcribit Plini⁹.Prius oĩum Aſtrologiã inuenit:tũ q̃d mõs ipſe ita ẽ ut cælũ cõtigere uideat̃.Sane apud antiquos Atlantes uocabant̃ ſtatuæ: q̃ colũnas hũeris ſuſtinebãt. Ignes auroræ. Lumina auroræ: q̃ ſemp ante ſolẽ fert̃. Iapetionides atlas fuit.Atlas Iapeti gigãtis & Lybiæ nymphæ fili⁹ fuit.q̃q̃ de matre parũ iter ſcriptores cõuenit. Alii nãq; clymenes.alii Aſiæ fuiſſe filiũ ferũt. Nos uero Pliniũ ſequimur:qui eũ lybiæ filiũ ſcribit fuiſſe.uerũ alii quoq; fuerũt clari atlantes:quorũ un⁹ in arcadia regnauit.alter ĩ etruria. Vltima tellus.Mauritania cũ reliquo occidente. Qui ſolis anhelis:feſſis ac defatigatis.Equi nãq; ſolis ab oceano Atlãtico excipi uident̃. Vicinia nulla.nulli uicini ĩquit q̃cq̃ agrorũ hẽbant q̃d exorarẽt.Oĩa nãq; ab atlante poſſidebant̃.p quod ſignificatur fuiſſe locupletiſſimus. Vetuſtæ ſortis.antiqui oraculi. Themis Parnaſſia.Quæ in monte parnaſſo templũ habet.ut in pͥo uidĩus. Hunc titulũ.hanc gloriam.Titulus ãt a tutando dicitur:q̃d ſua cuiq; geſta operaq; titulii tueant̃. Pomaria.Hortos arborib⁹ cõſitos. Quan-

Atlas in mõtem

Pomaria

ꝗ pomaria ꝓprie ſint pomoꝝ repoſitoria. po ma aũt hæc ab Hercule & ipſo Iouis filio ablata fuiſſe notiſſimũ ē. Ne lõge gloria reꝝ. Recede iquit ꝓcul a nr̃o regno: ne a nobis oppſſus idicio ſis & gloriã reꝝ falſã eſſe: & a Iouis genere lõge abeſſe. Par eēt. Sufficere poſſet ut. n. oĩum maxim⁹ ita ualẽtiſſimus erat. At qm̃ parui. at qm̃ inqt nr̃am gloriã puifacis: accipe mun⁹ tibi cõueniẽs. Ipſe retrouerſus. Caute ne & ipſe ĩ ſaxũ couerteret̃. Sic dii ſtatuiſtis. uoluiſtis. Cui⁹ ãt rei rõnẽ aſſignare nõ poſſumus: ad deoꝝ potẽtiã referre ſolemus.

Io in iu uécam

Aeolus

Clauſerat Hippotades. Aeol⁹ Hippotæ nepos. Nam Aeolus iouis fuit fili⁹ ex aceſta hippotæ troiãi filia. Is idcirco rex uẽtoꝝ eſſe phibet̃: qd ut ſcribit Varro cũ apud nouẽ Siciliæ iſulas italiæ ꝓpiquas Iliacis tpib⁹ regnaret ex cõſurgẽtibus nebulis ita futuros uẽtos ꝓdicebat. ut ĩ ſua poteſtate eos a rudib⁹ hr̃e crederetur. Plini⁹ ãt ipſũ uentoꝝ rõnẽ iueniſſe ſcribit.

Andromeda Ceto exposita.

Pennis reſũptis. Talarib⁹: q̃ p noctẽ depoſuerat: iteꝝ aſſũptis. Telo unco. Enſe ifalcato

Cepheus

Cepheia arua. Cephei regna. Cephe⁹. n. ut ex ſnĩa Eurypidis ſcribit Igin⁹. Phænicis fuit filius rex q̃ æthiopũ & Caſſiepeiæ marit⁹: ac Andromedæ pr̃: qui andromedã filiã pp uxoris ſupbiã mõſtro marino obiicere fuerat coactus. Cũ. n. Caſſiepeia mater ſe Nereidib⁹ pulchriorẽ eſſe iactaret: ꝓcib⁹ ipſaꝝ mot⁹ Neptunus belluã marinã imiſit: q̃ æthiopiã uaſtaret Quare cõſultus Iupiter Hãmon: qua rõne Nereides placari poſſent: rñdit Cephei Caſſiepeiæq; ꝓgeniẽ mõſtro eſſe obiiciẽdã. Andromedã igit̃ cũ ad ſcopulũ religatã Perſeus uidiſſet: ea cõditõe ſe illã liberatuꝝ pactus ē: ut ſibi uxor pmitteret̃. Cæteꝝ phineus Cephei frater. cui anteq̃ mõſtro exponeret̃ Andrõeda: fuerat deſpõſata: cũ ui eã Perſeo eripe cõaretur: multis iterfectis reliquos in ſe ruentes Perſe⁹ ipe meduſæ capite detecto ĩ lapides cõ mutauit. Maternæ liguæ. Nã caſſiepeia de pulchritudie cũ Nereidib⁹ cõtẽdere fuerat auſa. Iniuſt⁹ Hãmõ. Iniqu⁹ Iupiter ĩ ea ſnĩa ferẽda. Neq;. n. iuſtũ ē: ut filii ꝓ parẽtib⁹ pœnas pẽdãt. Hãmõ ãt harenari⁹ iterp̃tat̃. Nã ĩ libiæ harenis tẽplo celeberrio ſub imagie Arietis iupiter colebat̃ Quãq̃ ſcribat Diodor⁹ ex quorũdã ſnĩa. Hãmonẽ Libye regẽ fuiſſe Vxorẽq; cepiſſe Rheã cæli filiã. Saturni aliorũq; Titanũ ſororẽ. Trahit iſci⁹ ignes. hoc ē. Ignar⁹ q̃nã eēt: amore ipſi capit̃. Quatere. mouere. cõcutere. Appellare uiꝝ. Loqui cũ uiro. Virgo. Cã ē: cur uiꝝ alloq nõ auderet. Virgo nãq; erat. Genitor. lugubris. Pullis ueſtib⁹ idut⁹. Victoq; ĩ corpe adhærẽt. hoc ē. Ligatã andromedã cõplectũtur. Manere expectare. Ad opẽ ferẽdã. ad auxiliũ andromedæ ferẽdum.

hammō

Hãc ego ſi peterẽ. Merito perſe⁹ dotes ſuas apud ignotos exponit: quo facilius id qd̃ cupit: accipiat. Paciſcor. In pactionem deduco

Oſſa lapis fiunt. tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum: ſic dii ſtatuiſtis: & omne
Cum tot ſideribus cælum requieuit in illo.
Clauſerat hippotades æterno carcere uentos:
Admonitorq; operum cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat. pennis ligat ille reſumptis
Parte ab utraq; pedes teloq; accingitur unco.
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Gentibus innumeris circũq; infraq; relictis
Aethiopum populos cepheiaq; conſpicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedã pœnas iniuſtus iuſſerat hammon:
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades: niſi q̃ leuis aura capillos
Mouerat: & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſcius ignes:
Et ſtupet: & uiſæ correptus imagine formæ
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas.
Vt ſtetit. o dixit non iſtis digna catenis:
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes:
Pande requirenti nomen terræq; tuumq;:
Et cur uincla geras primo ſilet illa: nec audet
Appellare uirum uirgo: manibuſq; modeſtos
Celaſſet uultus: ſi non religata fuiſſet.
Lumina: quod potuit: lachrymis impleuit obortis:
Sæpius inſtanti: ſua ne delicta fateri
Nolle uideretur: nomen terræq; ſuumq;:
Quantaq; maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat: & nondum memoratis omnibus unda
Inſonuit: ueniẽſq; immenſo bellua ponto
Eminet: & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat uirgo. genitor lugubris & una
Mater adeſt: ambo miſeri: ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium: ſed dignos tempore fletus
Plangoremq; ferunt: uinctoq; in corpore adhærẽt.
Tum ſic hoſpes ait. lachrymarum longa manere
Tempora uos poterũt. ad opẽ breuis ora ferendã:
Hanc ego ſi peterem perſeus Ioue natus & illa:
Quam clauſam impleuit fœcundo Iupiter auro:
Gorgonis anguicomæ perſeus ſuperator: & alis
Aethereas auſus iactatis ire perauras:
Præferrer cunctis certo gener. addere tantis
Dotibus & meritũ: faueant modo numina: tempto.
Vt mea ſit ſeruata mea uirtute paciſcor.

Accipiunt legẽ.conditionem:quam ipſis tulerat Perſeus:ut ſua eẽt:ſi ipſa uirtute ſeruaſſet. Acta impulſa.Hac autem ſimilitudine & magnitudo & impetus belluæ illius marinæ declaratur. Iuuenum ſudantibus lacertis. hypallage eſt.Nam ſudantium iuuenum lacertis impelluntur triremes. Quantum Balearica torto.Tantum inquit bellua diſtabat a ſcopulis:quantum ſpacii pila plumbea funda emiſſa pertranſire poſſet. Medii cæli. medii aeris. Pedibus tellure repulſa.geſtum exprimit eius qui ſe e terra in aerem tollere uelit.Sic paulo ante de pallade dixit.& ĩpreſſa tellurẽ reppulit haſta. Arduus.altus.

Accipiunt legem.quis enim dubitaret? & orant:
Promittũtq; ſuper regnum dotale parentes.
Ecce uelut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris undis
Tantum aberat ſcopulis:quantum balearica torto
Funda poteſt plumbo medii tranſmittere cæli:
Cum ſubito iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit:& in æquore ſummo
Vmbra uiri uiſa eſt.uiſam fera ſæuit in umbram.
Vtq; iouis præpes uacuo cum uidit in aruo
Præbentẽ phœbo liuẽtia terga draconem:
Occupat aduerſum:neu ſæua retorqueat ora.
Squamigeris auidos figit ceruibus ungues:
Sic celeri miſſo præceps per inane uolatu
Terga feræ preſſit:dextroq; fremẽtis in harmo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnera læſa graui modo ſe ſublimis in auras
Attollit.modo ſubit aquas.modo more ferocis
Verſat apri:quẽ turba canum circũſona terret.
Ille auidos morſus uelocibus effugit alis:
Quaq; patent nũc terga cauis ſup obſita conchis.
Nunc laterum coſtas.nũc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem.falcato uulnerat enſe.
Bellua puniceo mixtos cum ſanguine fluctus
Ore uomit.maduęre graues aſpergine pennæ:
Nec bibulis ultra perſeus talaribus auſus
Credere conſpexit ſcopulũ:qui uertice ſummo
Stantibus extat aquis.operitur ab æquore moto.
Nixus eo rupiſq; tenẽs iuga prima ſiniſtra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſus clamor ſuperaſq; deorum
Impleuere domos.gaudẽt:generũq; ſalutant:
Auxiliumq; domus ſeruatoremq; fatentur
Caſſiepe Cepheuſq; pater.reſoluta catenis
Incedit uirgo preciũq; & cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta uictrices abluit unda.
Anguiferum caput dura ne lædat harena:
Mollit humum foliis:nataſq; ſub æquore uirgas
Sternit:& imponit phorcynidos ora meduſæ.

Vtq; Iouis præpes.pulchra ſimilitudine poeta oſtendit:quãta agilitate monſtrũ illud marinũ Perſeus oppſſerit. Præpes.ales.ẽ autem aquilæ periphraſis:quæ ſerpẽtibus maxĩe infeſta eſt.Præpetes uero maiores dicunt aues: quarũ ex uolatu auguria colliguntur. Liuẽtia.pallẽtia. Occupat.corripit. Miſſo.emiſſo effecto. Per inane.per aerem.quod inane dicitur:quia uacuus eſſe uidetur. Fremẽtis.ore ſtrepẽtis & furẽtis belluæ. Inachides.Perſeus Argiuus.Inachidæ nanq; Argiui dicuntur ab Inacho:qui primus apud Argos regnauit: ac fluuiũ Achaiæ Inachũ a ſuo nomine appellauit. Curuo tenꝰ hamo. uſq; ad capulũ:cui ferrũ recuruum ſolet apponi. Circũſona.circum latrans. Ille.perſeus. Super obſita. Deſuper tecta atq; coopta conchis.& oſtreorũ teſtis.Balenarũ enĩ tergoribus conchæ oſtreaque adhærere ſolẽt Falcato enſe.recuruo ac falci ſimili.Eſt enim nomen participio ſimile falcatus. Bellua puniceo.Quanta fuerit hæc bellua:facile ex fluctibus quos ore euomebat colligere poſſumus. Maduere graues aſpergine pẽnæ.hoc eſt.pennæ alarũ perſei & madidæ & graues reſperſione fluctuũ quos euomebat bellua:ſunt effectæ. Nec bibulis.ſiccis ac multum humoris & aquæ attrahẽtibus. Bibuli nanq; dicũtur:qui multum ac potius nimium bibũt. Vltra.ulterius. Credere.cõfidere. Stantibus aquis.quieſcẽte mari. Extat eminet.extra ſtat.& apparet.unde etiam extare.libri dicuntur qui iueniunt. Nixus eo. Cũ inquit ĩ uertice illius ſcopuli pedes firmaſſet:ſepius ilia belluæ enſe tranſegit. Littora cum plauſu clamor.hoc eſt plauſus & clamor. Eſt autem figurata oratio. Supperas deorum domos.periphraſis ẽ cæli.Hac autẽ hyperbole magnitudo clamoris plauſuſq; ſignificatur.

Caſſiepe.quæ & caſſiepeia dicitur. Huius ſane nominis tertia ſyllaba apud græcos e litera ſcribit:quãuis apud latinos o uocalẽ minus recte habeat.Quæ autem de Andromedæ uinculis dicta ſũt apud Ioppen paleſtinæ. urbẽ geſta eſſe ferunt. Mollit humũ foliis Narraturꝰ queẽadmodũ uirgæ ĩ mari naſcentes in coralia fuerũt conuerſæ.inquit eas a Perſeo Meduſæ capiti ſubiectas induruiſſe lapidiſq; figurã cõtraxiſſe:quod quidẽ nereides admiratæ multa & ipſæ uirgultũ capiti Meduſæ ſubiecerũt:atq; in mare diſiecerũt.q̃ q̃diu aqua teguntur molia ſũt.extracta ad aerem ſtatim rigeſcũt. Phorcynidos Meduſæ.Phorci filiæ ut diximus.Phocus ſane apud græcos phorcys phorcyos & phorcynos declinat. Vnde phorcynis patronymicũ fœmininũ ẽ deriuatũ.

Prepetes
Inachide
Bibuli
Virgulta in coralia

Nouū rigorē. Inuſitatā duriciē. Antea nāq; ſub aq̄ mollis erat. At pelagi nymphæ. Nereides. Temptant. experiuntur. Et idē contingere gaudēt. hoc ē. lætātur cū uidēt uirgulta in lapidis modum dura fieri. Diis tribus ille focos. pſeus ob monſtrū illud marinum debellatū diis gratias agere ac ſacrificare decreuit. Ac primū tres aras tribus diis. Mineruæ. Mercurio ac Ioui ex ceſpitibus ī littore extruxit. deīde uaccā Mineruæ uitulū. Mercurio alas ī pedibus habēti: ut q & uelociſſimus ſit planetaꝶ & cū talaribus alatis pingat̃ Indotata. ualde dotata. In nāq; ꝓpoſitio uim interdū hēt intētiuā. Andromedā. n. accepit pſeus cū æthiopiæ regno dote. Tædas hymenæus amorq; ꝓcipiunt. Amor inqt & hymenæus nuptias Perſeo ſuadēt. A pte nāq; totū itelligimus. Faces. n. q̄ fere ex tædis cōficiunt̃ nouis nuptis ad maritos ſe cōferētibus ꝓferebātur. Quare & nuptiaꝶ appatum deſcribit & quæcūq; i nuptiis fieri cōſueuere. Hymenæū aūt deū fuiſſe: q in celebrādis nuptiis īuocabatur: nemo ē fere q ignoret. Præcipiūt. ſuadēt atq; impant. Largis odoribus. copioſis thuribus: ac aliis ut ita dicam: odoramentis. Sertaq; coronæ a ſerendis floribus appellatæ. Argumenta. ſigna. indicia. Reſeratis ualuis: aptis foribus. Diffudere. ex hilarauere. lætificauere. uinum enim generoſum animi uires excitat corq; lætū reddit. Abſtuleris. recideris.

**Andromedæ nuptiæ**

Crinita draconibus ora. hoc ē caput Meduſæ ꝓ crinibus habēs dracones atq; ſerpentes. Locū iacētē. planū & ſpacioſum capū. Solidæ molis. ſolidi muri atq; circuitus. Geminas ſorores. Nō duas ſed ſimiles. Tres. n. fuerūt: ut diximus. Porcydas. Phorci filias: q̄ & Phorcynides dicūtur. ut paulo ante diximus. Vnius luminis. ſolius oculi. Id ſe ſolerti. Narrat inqt ſe illud unum lumen, puida aſtutia rapuiſſe: dum p uices ab altera alteri traderetur. Fragoſis fragore ac ſtrepitu reſonantibus. Ex ipſis: hominibus & feris. Se tamē horrendæ. Tacite reſpōdet obiectioni. Poſſet eniqs dicere. Qua ratione tu o Perſeu uiſa meduſa in lapidē non fuiſti cōuerſus. Quod iquit p clypeum criſtallinū illā dormientem aſpexi atq; obtruncaui. Se autem eſt legendum. non ſed. ut fere in exemplaribus eſt deprauatum. Aere repercuſſo. per æs clypei tranſlucidū. Eripuiſſe. truncaſſe. recidiſſe. Penniſq; fugacē Pegaſon & fratrē. Pegaſus equus alatus & chryſaor enſem aureum ī manu tenens finguntur ex collo Meduſæ reciſo capite ſtatim exiliſſe. Chryſaora ergo fratrem Pegaſi uocat poeta quamuis ī exemplaribus fratres plurali numero corrupte legatur. Lōgi curſus Spacioſi uolatus. Ab alto. ab aere.

**Meduſæ cædes**

Virga recēs bibulaq; etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monſtri: tactuq; induruit huius:
Percepit nouum ramis & fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile tēptant
Pluribus in uirgis: & idem contingere gaudent:
Seminaq; ex illis ut erāt iactata per undas:
Nūc quoq; coraliis eadē natura remanſit
Duriciam tacto capiant: ut ab aere: quodq;
Vimen in æquore erat: fiat ſup æquora ſaxum.
Diis tribus ille focos totidē de ceſpite ponit.
Læuum mercurio dextrum tibi bellica urgo.
Ara iouis media eſt. mactatur uacca Mineruæ.
Alipedi uitulus. taurus tibi ſumme deorum.
Protinus Andromeden & tanti præmia facti
Indotata rapit. tædas hymenæus amorq;
Præcipiunt. largis ſatiantur odoribus ignes:
Sertaq; dependent tectis: & ubiq; lyræq;
Tibiaq; & cantus animi felicia læti
Argumenta ſonāt: reſeratis aurea ualuis
Atria tota patēt pulchroq; inſtructa paratu.
Cepheni proceres ineunt cōuiuia regis.
Poſtq̄ epulis functi generoſi munere bacchi
Duffudere animos cultuſq; genuſq; locorū
Quærit Abantiades. quærenti protinus unus
Narrat Lyncides moreſq; habitumq; uirorū:
Quæ ſimul edocuit. nunc o fortiſſime dixit
Fare precor perſeu quanta uirtute quibuſq;
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades: gelido ſub atlante iacētem
Eſſe locū ſolidæ tutum munimine molis:
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcidas unius ſortitas luminis uſum.
Id ſe ſolerti: furtim dū traditur: aſtu
Suppoſita cepiſſe manu: perq; abdita longe
Deuiaq; & ſiluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos paſſimq; per agros
Perq; uias uidiſſe hominum ſimulacra ferarum
In ſilicem ex ipſis uiſa conuerſa meduſa.
Se tamē horrendæ clypei: quem leua gerebat:
Aere repercuſo formam aſpexiſſe meduſæ.
Dūq; grauis ſomnus colubras ipſamq; tenebat:
Eripuiſſe caput colo: penniſq; fugacem
Pegaſon & fratrē matris de ſanguine natos.
Addidit & longi non falſa pericula curſus.
Quæ freta. quas terras ſub ſe uidiſſet ab alto:

Et quæ iactatis tetigiſſet ſidera pennis.
Ante expectatum tacuit.tamen excipit unus
Ex numero procerum:quærens cur una ſororum
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.
Hoſpes ait:quoniam ſcitaris digna relatu:
Accipe quæſiti cauſam.clariſſima forma
Multorumque fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa:nec in tota conſpectior ulla capillis
Pars fuit:inueni:qui ſe uidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo uitiaſſe Mineruæ
Dicitur.auerſa eſt:& caſtos ægide uultus
Nata iouis texit.ne ue hoc impune fuiſſet:
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros:
Nunc quoq; ut attonitos formidie terreat hoſtes:
Pectore in aduerſo quos fecit ſuſtinet angues:

## Pu.Ouidii Naſonis metamor.Liber quintus:

DVmque ea cephenum medio daneius heros
Agmine commemorat:fremitu regalia turbæ
Atria complentur:nec coniugalia feſta
Qui canat:eſt clamor:ſed q̄ fera nunciet arma.
Inque repentinos conuiuia uerſa tumultus
Aſſimulare freto poſſis:quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Primus in his phineus belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam:
En ait.en adſum præreptæ coniugis ultor.
Nec mihi te pennæ,nec falſum uerſus in aurum
Iupiter eripiet.conanti mittere Cepheus
Quid facis exclamat:quæ te germane furentem
Mens agit in facinus:meritis ne hæc gratia tantis
Redditur:hac uitam ſeruatæ dote rependis:
Quam tibi non perſeus:uerum ſi quæris:ademit:
Sed graue nereidum numē:ſed corniger Hāmon:
Sed quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti
Exſaturanda meis.illo tibi tempore rapta eſt:
Quo peritura fuit.niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis ut pereat:luctuq; leuabere noſtro.

Pennis.alis q̄ ex pēnis conſtant. Ante expectatum tacuit.Narrationi anteq̄ putaret̃:finē impoſuit.p quod ſignificatur gratiſſimā omnibus conuiuis fuiſſe Perſei orationē. Cur una ſororū.Cur meduſa ſola ex gorgonibus imixtos capillis habuerit ſerpētes. Scitaris. rogas:ut ſcias. Cōſpectior.pulchrior. Capillos.n.pulcherrimos habuit. Inueni q ſe uidiſſe referrēt.Hoc ē Audiui hoc ex iis q aiebāt ſe Meduſam uidiſſe. Auerſa ē.Se auertit Pallas:ne uideret Neptunnum cū Meduſa counitem. In turpes hydros.In tetros ſerpētes.Hydri autem aquaꝝ Serpētes dicunt̃ σϖοτον ὑχατοσ.hoc eſt ab aqua. Nunc quoq;.Pallas inqt ad terrendos hoſtium animos caput Meduſæ cū ſerpētibus ī ægida ſuū tranſtulit.

(Mæduſæ capilli ī ſerpentes)

## Raphaelis regii in quintum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

DVmq; ea cephenum.Ita hunc librū cum ſuperiore poeta connectit:ut res e re naſci narratioq; continuari uideat̃.Primū autem tumultū iniquiſſime a Phineo Cephei fratre:cui Andromeda prius q̄ belluæ obiiceretur deſponſata fuerat:excitatum deſcribit.deinde eius cum ſociis in lapides mutationem. Cepheni autē a Cepheo rege populi illi fuerūt denominati Daneius heros.Perſeus Danaes filius.Eſt aūt poſſeſſiuū nomē quinq; ſyllabarū nō q̄tuor ut quidā legunt. Nec cōiugalia feſta.nuptialia Nō erat inqt clamor nuptiis cōueniēs:ſed bello & pugnæ. Aſſimulare.cōpare ac ſimilia putare. Sane ſimulare dicius & aſſimulare:nō āt ſimulare:ut quidā indocti præcipiunt. Exaſperat.aſperū & tēpeſtuoſum reddit. Primus ī his phineus. Duo a poetis phinei celebrātur. Cephei frater & q Argonautaſ hoſpitio Suſcepit:de quo in Septimo libro meminit poeta. Auctor.excitator. En ait En adſum En aduerbiū fere affectui & īdignationi ſeruit q̄ ex illa reduplicatiōe magis magiſq; declarat̃. Pennæ. Alata talaria. Falſum aurū. Simulatū.nō uerū. Conanti mittere. Volēti Phineo iacere haſtā in Perſeū. In facinus.In ſcelus. Seruatæ. Andromedæ. Repēdis.remuneratis. Hac dote. Vt illū interficias: q Andromedā mōſtro marino obiectā ſeruauit.Iuſtū aūt gratūq; uirū Cepheū fuiſſe poeta oñdit. Sed graue Nereidū numē.graue potēs. Nereides aūt nymphæ ſunt marinæ:quibus ſe pulchriorē Caſſiopeia eē iactarat. Earū uero ꝓcib⁹ fatigatus Neptunus cetos imiſit:quo Cephenorū agros uaſtante cōſultus Hāmon reſpōdit Caſſiepeiæ prolē mōſtro eē obiiciendā. Sed corniger Hāmō. Iuppiter Hāmō ſub forma arietis cornuti colebat̃. Viſcerib⁹ meis. mea filia q̄ ex meis uiſcerib⁹ atq; carnibus cōcepta eſt. Leuabere.Leuior fies.a dolore ſubintelligat̃.

(Tumultus magni deſcriptio)

(Phine cū perſeo certamē)

Scilicet haud ſatis.Ironia qua Phineo inſultat frater Cepheus. Cum enim & patruus & ſponſus eẽt Andro
medæ aliquid certe auxilii afferre debebat. Cum uero nihil prorſus t ulerit: impudentiſſime eam repetit:quã
tutari non eſt auſus. Affixa.alligata. Vna enim cum Andromeda regna quoq; dotalia alligata uidebantur.
Petiſſes.petere acceptumq; ire debuiſſes. Nunc ſine. Nunc inquit permitte eũ qui meruit. Pactuſq; eſt illã
habere. Per quem nõ orba ſenectus. hoc eſt. per quem ego iam ſenex liberis non careo.unica namq; filia illi
erat Andromeda. Hæc ſenectus.hæc mea ſenectus. Manu autem cum hæc diceret:canos tangẽs Phineo in
dicauit. Et uoce.& uerbis. Certæ morti.Si
quidẽ Andromeda proculdubio mortua fuiſ
ſet:niſi a Perſeo e faucibus belluæ illius mari
næ erepta eſſet. Ille nihil cõtra.reſpõdit ſubi
telligat. Ignorat.dubitat. Cõtatuſq; bre
ui.Parũper remoratus. Neqcq̃.fruſtra. Stra
tis.lectis.in q̃bus priſci diſcumbebãt. Remiſ
ſo reiecto. Eandẽ nãq; haſtã in phineũ perſeuſ
reiecit. Et indignũ.Et copula affectui ſeruit.
Indignatur enim poeta: quod ara in qua dii
iuſtiſſimi coluntur: ſcelerato atq; nefario ho
mũtioni profuerit. Non irrita.nõ uana ut q̃
Rhœtum unum ex phinei ſociis interemit.
Calcitrat.calcibus terrã percutit. Hoſpitii
q; deos. Iouẽ hoſpitalẽ.de quo Vergilius. Iu
piter.Hoſpitib⁹ nã te dare iura loquũtur. Hoſ
pites aũt nefas ẽ uiolari. Eo priſci hoſpitibus
ſalem in primis apponebant: quẽ cũ una gu
ſtaſſent: ita unius mẽtis & amicitiæ eos debe
re eſſe cenſebãt ut ſal in unã naturã ex terra &
aqua cõgelatur. Bellica pallas adeſt.Auxilio
eſt.Quo nãq; pacto unus perſeus tot in ſe ruẽ
tib⁹ uiris ſine palladis auxilio reſiſtere potuiſ
ſet. Datq; aĩos.Audaciã reddit. Erat indus
Atys. Ad differẽtiã phrigii a cybele mr̃e deo
rũ adamati eleganter indus eſt appoſitus. Fu
it etiam alius Atys Crœſidorum regis filius.
Limniace. nympha fuit gangis indiæ fluuii
filia.uidetur autẽ eſſe palus iuxta gangem. λι
μνη nãq; paludẽ ſignificat. Limbus. faſcia.
Obibat circumibat. Aurata mõilia.Aura
ta pro aureis poſuit.Mõilia nãq; colli ornamẽ
ta aurea eſſe ſolent:hoc eſt ex auro ſolo cõſtã
tia nõ aurata & auro ſolum ornata. Myrrha.
Vnguẽto cui Myrrha quoq; adhibet̃. Crina
le.ornamẽtũ eſt criniũ. unde ẽt eſt denomina
tũ. Ille quidẽ iaculo. Significat eũ & iaculãdi
& ſagittandi fuiſſe imprimis peritũ. Quãuis
diſtantia longe poſita ac remota. Sed tẽde
re doctior arcus. Locutio eſt græca. Latine.n.
doctior tendendi diceretur. Lenta cornua.
flexibilia arcus cornua. In media ara.quæ
Hymæneo nuptiarũ deo extructa erat. Per
culit.pcuſſit. Et fractis cõfũdit ĩ oſſibus ora.
Sic quidẽ legit̃.ſed forſitan minus recte. Ab
latiuus enĩ ille fractis oſſib⁹ modũ ſigni ficat:
cui in ꝓpoſito apponi nõ ſolet. Quare mihi.
illa & copula ac in ꝓpoſito utraq; in alterius lo
cũ transferenda uidetur.ut legamus in fractis
confundit & oſſibus ora.hoc eſt. ualde ac pe
nitus fractis oſſibus faciẽ ita confudit:ut non

Limniace
Monilia
Crinale

Scilicet haud ſatis eſt:quod te ſpectante reuicta eſt.
Et nullam ꝙ opem patruus ſponſuſue tuliſti.
Inſuper a quoq̃ ꝙ ſit ſeruata dolebis:
Præmiaq; eripies:quæ ſi tibi magna uidentur:
Ex illis ſcopulis:ubi erant affixa:petiſſes.
Nunc ſine qui petiit ꝑ quẽ hæc non orba ſenectus
Ferre:quod & meritis & uoce eſt pactus: eumq;
Non tibi:ſed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contra.ſed & hunc & perſea uultu
Alterno ſpectans petat hunc ignorat an illum.
Contatuſq; breui contortam uiribus haſtam:
Quantas ira dabat:nequicq̃ in perſea miſit.
Et ſtetit illa toro.ſtratis tum deniq; perſeus
Exiliit:tæloq; ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet:niſi poſt altaria phineus
Iſſet.& indignum ſcelerato profuit ara.
Fronte tamẽ Rhœti non irrita cuſpis adhæſit:
Qui poſtq̃ cecidit:ferrumq; ex oſſe reuulſum ẽ:
Calcitrat: & poſitas aſpergit ſanguine menſas.
Tum uero indomitas ardeſcit uulgus ĩ iras.
Tælaq; coniiciunt:& ſunt qui cephea dicant
Cum genero debere mori:ſed limĩe tecti
Exierat cepheus teſtatus iuſq; fidemq;
Hoſpitiiq; deos:ea ſe prohibente moueri:
Bellica pallas adeſt:& protegit ægide fratrem:
Datq; animos.erat idus atis:quẽ flumine gãge
Edita lemniace uitreis peperiſſe ſub undis
Creditur:egregius formaquã diuite cultu
Augebat bis adhuc octenis ĩteger annis.
Indutus tyriã chlamidẽ:quã limbus obibat.
Aureus.ornabãt aurata monilia collum:
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo q̃uis diſtantia miſſo
Figere doctus erat:ſed tendere doctior arcus.
Tum quoq; lenta manu flectẽtem cornua perſeus
Stipite qui media poſitus fumabat in ara:
Perculit:in fractis confũdit & oſſibus ora.

Hunc ubi fœdatos iactantem ſanguine uultus
Aſſyrius uidit lycabas iunctiſſimus illi
Et comes & ueri non diſſimulator amoris.
Poſtq̄ exalantem ſub acerbo uulnere uitam
Deplorauit atyn:quos ille tetenderat:arcus
Arripit: & mecū tibi ſint certamina dixit.
Nec longum pueri fato lætabere:quo plus
Inuidiæ q̄ laudis habes.hæc omnia nondum
Dixerat emicuit neruo penetrabile telum:
Vitatumq; tamen ſinuoſa ueſte pependit:
Vertit in hunc harpen ſpectatam cæde meduſæ
Acriſioniades:adigitq; in pectus.at ille
Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circunſpexit atyn:ſeq; acclinauit ad illum:
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce ſuenites genitus Methione phorbas:
Et libys amphimedon auidi committere pugnam:
Sanguine:quo late tellus madefacta tepebat:
Conciderant lapſi:ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis.iugulo phorbantis adactus.
At non actoriden Erithum:cui lata bipennis
Telum erat:admoto perſeus petit enſe:ſed altis
Extantem ſignis:multæq; in pondere maſſæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus:
Infligitq; uiro.rutilum uomit ille cruorem.
Et reſupinus humum moribundo uertice pulſat.
Inde Semiramio polydæmona ſanguine cretum:
Caucaſeumq; abarim:ſpercheſiademq; lycetum:
Intonſumq; comas elycent phegianq; Clytumq;
Sternit: & extructos morientum calcat aceruos.
Nec phineus auſus concurrere cominus hoſti:
Intorquet iaculum:quod detulit error in idam
Expertem fruſtra belli: & neutra arma ſecutum.
Ille tuens oculis immitem phinea toruis
Quādo quidē ī partes ait abſtrahor:accipe phineu
Quem feciſti hoſtem:penſaq; hoc uulnere uulnus.
Iamq; remiſſurus tractum de corpore telum:
Sanguine defecto cecidit colapſus in artus.
Hic quoq; cephenum poſt regē primus Odites
Enſe iacet clymeni Protenora percutit Hypſeus.
Hypſea lyncides.fuit & grandeuus in illis
Emathion æqui cultor timiduſq; deorū:
Qui quoniam prohibet anni bellare:loquendo
Pugnat: & inceſſit ſceleratāq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis

agnoſceretur. Iactantem. Nō oſtentantem. Sed cōcutientem.id quod facere ex uulnere morientes ſolent. Fœdatos.Deturpatos.

Aſſyrius. Syrius. Nam Aſſyria prouincia eſt eadem cum Syria. Exhalantem.Ex ore emittentem. Vitam.animam. Sub acerbo uulnere.Propter acerbum & aſperū uulnus.

Deplorauit.Defleuit. Ille.Atys. Tetenderat.Neruo intenderat:ut in perſeum ſagittam emitteret. Arripit.Celeriter rapit. Et mecum tibi ſint certamina.hoc eſt.Et mecum in certamen deſcende. Nec longum.Nec diu. Fato.morte. Quo.ex quo fato. Emicuit.exiliuit.euolauit. Penetrabile telū.periphraſis eſt ſagittæ q̄ facile penetrat. Vitatū. Declinatū.nā pſeus ſagittam a lycaba miſſam uitauit. Sinuoſa ueſte.ſinus ac plicas multas habēte. Vertit in hunc harpē. Harpe enſis eſt Mercurii falcatus:ut diximus: quo perſeus Meduſæ caput amputauit. Natantibus. errātibus in humore ac lachrymis. Ad manes.Ad inferos. Ecce ſuenites.Ab oppido æthiopiæ ſuenio ſuenites nomen gentile diducitur. Elegāter autem & patriam & genus iſtius phorbantis deſcribit poeta:ne qs phorbāta priami filium illi pugnæ interfuiſſe putet.Hi autē omnes quos hoc loco poeta enumerat obſcuri ſunt:nec a quoq̄ alio ſcriptore quod ſciā celebrātur. Auidi cōmittere pugnam. Cupidi pugnādi.Eſt enim figura loquendi græca. Surgentibus ſurgere uolentibus. Adactus.īfixus. Enſis harpe:quo illos perſeus trāſfixit. Actoriden Erithū.Actoris filium. Sed altis extatē ſignis. Eminentē cælatura atq; magnitudine ac pōdere craterē deſcribit. Altis ſignis.alte eminētibus ſignis & cælaturis. Multæq; ī pondere maſſæ.hoc eſt magni ponderis.Crater aūt uas eſt menſariū miſcendo cū aqua uino accōmodatū. Infligit īcutit.imitit. Rutilū cruorē.Rubicūdum ſanguinē. Moribūdo uertice.ꝑ ipſe moribūdus capite ꝑcuſſit terrā.Eſt.n.hypallage. Semiramio ſanguine.Regio.Semiramis nāq; regina fuit q̄ cōdidit Babylonē.Vt copioſe in ſuperiore ſcripſimus libro. Caucaſeū.A caucaſo ſcythiæ mōte. Spcheſiaden.Spcheſii cuiuſdā filiū. Expertē fruſtra belli.fruſtra ſe a bello & pugna abſtinētē.Interfectus nāq; fuit. In partes.ī factiones.ptes.n.ī plurali ſolū factiones ſignificāt.unde Ciceronē partes Pōpeii dicimus ſecutum. Pēſaq;.pōdera. Hoc uulnere: qđ tibi ſum illaturus. Vulnus:qđ tu mihi intuliſti. Cephenū poſt regē.Poſt Cepheū regē Andromedæ partē.Lyncides. Lyncei filius. Et īceſſit.Iritat:Prouocat. Deuouet.execrat̄. Scelerata arma.In pſeū ſcelerate āc nefarie ſumpta. Decutit.Deiicit.Detrūcat. Incidit aræ.Cecidit ī arā. In medios ignes.Qui

harpe enſis fal catus Mercurij

Crater

Semiramis

Partes

in ara fuerāt excitati. Cæſtibus Inuicti.inſu-
perabiles. Cæſtus autem arma ſunt pugilū.
Velatus tēpora.Velata & tecta tēpora habēs.
Iapetide.Iapeti filius. Ad hos uſus. Belli
cos.Cithariſtæ nāq; & lyriſtæ a pugnis ſūt alie
ni. Moueres.pulſares. Plectrum.inſtrumē-
tū eſt quo Lyra pulſatur ἀπὸ τοῦ πλήτ τε-
ῖν.hoc eſt a percutiēdo dictum. Imbelle.Im-
bellibus ac mollibus aptū. Stygiis māibus.In
feris.Styx enim palus ē i ferorum notiſſima Ma
nes autē inferorū animæ dicūt. Leuo tēpo-
re.Siniſtra capitis parte. Caſuq; fuit miſera-
bile carmen.Forte īq̄t lyra emiſit carmē triſte
& morienti cōueniēs. Repagula dicunt aſſe
res q̄ clauſis hoſtis opponunt. Illiſit.inflixit.
Procubuit.i caput i terrā cecidit. Cyniphe-
us pelates. Garamāticus.Cinyps eni ut ſcri-
bit Herodotus fluuius eſt garamātum:qui in
ter duas ſyrtes in mare libycū labit. Vnde Ci-
nyphei tertio georgicorū libro apud Vergili
um dicūt hirci. Nec minus interea barbas in-
canaq; mēta cinyphei tondent hirci ſetaſq; co
mantes. Leui poſtis..Siniſtri. Cohæſit.Af-
fixa fuit. Latus hauſit.pcuſſit. Et Naſamo
niaci.Naſamones populi ſunt libyæ iuxta ſyr
tes:naufragis:ut ſcribit Plinius: admodum i-
feſti. Lacius.Latiores cāpos ſingultantē.per
ſingultus animā emittētē. Bactreus Alcone-
us.Bactra nomine tantū plurali urbs ē.unde
etiā bactriana regio Indiæ cōtermina fuit ap-
pellata. Vltor abātiades.Perſeus. Ceruice
exacta ē.p ceruicē eiecta. In partes ambas.Et
anteriorem & poſteriorē. Librata.Vibrata.
Fraxinus.Haſta fraxinea. Eſt enim metony
mia. Acta.Miſſa. Iaculū Danus ore momor
dit.Hoc ē iaculū i os Dāi fuit cōiectū. Occidit
& Celedon Myndeſius.Myndeſos urbs ē Sy
riæ & Myndōes populi ſūt libyæ. Matre pa-
læſtina.Regio ē Syriæ Palæſtia cōtermina Iu
deæ a Palæſtia urbe dicta. Sagax uideri.Sciēs
p̄uidere atq; p̄nūciare futura. Augur nāq; erat.
Eſt autē græca locutio. Sagax uidere. Aue
falſa.Falſo augurio. Futurā nanq; mortē p̄ui
dere neſciuit.Sic Vergilius.Sed non augurio
potuit depellere peſtem. Plus tamē exhau-
ſto ſupereſt.Plus inq̄t eo q̄d factū ē:ſupeſt cō
ficiundū Exhaurire nāq; interdū cōficere ſigni
ficat.ut Vergilius. Quæ bella exhauſta cane-
bat. Nanq; oībus unū Omnibus inq̄t aius ē
unū perſeū opprimēdi. Pro cauſa meritū ipu
gnāte.hoc ē.p Phineo:qui & meritum Perſei
quo Andromedā ſeruauerat:& fidē ipſi a rege
datā ipugnabat. Hac p parte.Pro fide autē ac
merito & iuſta cauſa pauci admodū ſtabant.
Pollutos Violatos.ifectos. Bellona.Pallas
dea belli. Cicūeunt unū.circūdāt pſeū ſolum.
Hic autē maxima perſei uirtus declarat: q ſo-
lus tātæ multitudini totq; telis reſiſtere potue

Decutit enſe caput:quod protinus incidit aræ.
Atq; ibi ſemianimis uerba execrantia lingua:
Edidit:& medios animam expirauit in ignes.
Hinc gemini fratres proteaſq; & cæſtibus Hāmon
Inuicti:uinci ſi poſſent cæſtibus enſes:
Phineia cæcidere manu:cereriſq; ſacerdos
Alphitus albenti uelatus tempora uitta.
Tu quoq; iapetide non hos adhibendus ad uſus:
Sed quod pacis opus citharā cum uoce moueres:
Iuſſus eras celebrare dapes feſtumq; canēdo:
Quem procul aſtantem plectrūq; imbelle tenentē
Petalus irridens ſtygiis cane cætera dixit
Manibus:& leuo mucronē tempore fixit.
Concidit:& digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ:caſuq; fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hunc impune ferus cecidiſſe Lycormas.
Raptaq; de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit mediæ ceruicis.at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere temptabat leui quoq; robora poſtis
Cinypheus Pelates.temptanti dextera fixa eſt
Cuſpide marmaridæ coriti lignoque cohæſit.
Hærenti latus hauſit Abas.nec corruit ille.
Sed retinēte manu moriens de poſte pependit.
Sternitur & Menaleus perſeia caſtra ſecutus:
Et naſamoniaci Dorilas ditiſſimus agri.
Diues agri Dorilas:quo non poſſederat alter
Latius:aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum:
Letifer ille locus:quē poſtq̄ uulneris auctor
Singultantem animam & uerſantem lumina uidit
Bactreus alconeus:hoc quod premis inquit habeto
De tot terræ agris:corpuſq; exangue reliquit.
Torquet in hunc haſtam calido de uulnere raptam
Vltor abantiades media quæ nare recepta
Ceruice exacta eſt:in parteſq; eminet ambas.
Dumq; manum fortuna iuuat:Clitiūq; Danūq;
Matre ſatos una diuerſo uulnere fudit.
Nam clitii per utrūq; graui librata lacerto
Fraxinus acta femur:iaculū Danus ore momordit.
Occidit & Celedon Mindeſius.occidit aſtreus
Matre palæſtina & dubio genitore creatus.
Echionque ſagax quondam uentura uidere.
Nunc aue deceptus falſa:regiſq; Thoactes
Armiger:& cæſo genitore infamis Agyrtes.

Ceſtus
plectrū
Styx
Repagula
Cinyphs
Naſamones
Bactra
Myndeſos
Myndones
Paleſtina
Exhaurire

rit. Præter utrũq; latus. Iuxta utrumq; latus & dextrũ & ſiniſtrũ propeq; & oculos & aures. Applicat hic humeros. Tunc inquit Perſeus humeros magnæ columnæ appoſuit:ut a tergo tutus in ſeruẽtes hoſtes repellere poſſet. Chaonius Molpheus. Epirotæ. Chaonia nãq; pars eſt epiria. Chaonæ troiano:ut Carmine Vergiliano etiã pueris notũ eſt:appellata. Chaoniãq; oẽm troiano a Chaone dixit. Nabathæus. Nabathæa regio ẽ felicis arabiæ unde Nabathæus nomẽ gentile deriuatᷣ: ut latius in primo dixius. Tigris ut auditis. Hac ſimilitudine poeta oſtendit perſeũ addubitaſſe utrũ prius percuteret:cũ ambo inſtarent:alter a dextra.alter a ſiniſtra.

Plus tamen exhauſto ſupereſt.nanq; omnibus unũ
Opprimere eſt animus.coniurata undiq; pugnãt
Agmina pro cauſa meritum impugnante fideq;.
Hac pro parte ſocer fruſtra pius & noua coniunx
Cum genitrice fauent:ululatuq; omnia complent.
Sed ſonus armorum ſuperat:gemituſq; cadẽtum.
Pollutoſq; ſimul multo bellona penates
Sanguine perfundit:renouataq; prælia miſcet:
Circumeunt unum phineus & mille ſecuti
Phinea:tæla uolant hyberna grandine plura
Præter utrunq; latus præterq; & lumen & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ ſaxa columnæ
Tutaq; terga gerens:aduerſaq; in agmina uerſus
Suſtinet inſtantes.inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius molpheus.dextra nabathæus ethemon.
Tigris ut auditis diuerſa ualle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum
Neſcit utro potius ruat:& ruere ardet utroq;:
Sic dubius perſeus:dextra leua ne feratur.
Molphea traiecti ſummouit uulnere cruris.
Contentuſq; fuga eſt.neq; eni dat tempus ethemõ:
Sed furit:& cupiens alto dare uulnera collo
Non circunſpectis exactum uiribus enſem
Fregit:& extrema percuſſæ parte columnæ
Lamina diſſiluit:dominiq; i gutture fixa eſt.
Non tamen ad letum cauſas ſatis illa ualentes
Plaga dedit trepidum perſeus & inertia fruſtra
Brachia tendentẽ Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi uirtutẽ turbæ ſuccumbere uidit:
Auxilium perſeus:quoniam ſic cogitis ipſi:
Dixit: ab hoſte petam.uultus auertite ueſtros:
Si quis amicus adeſt.& gorgonis extulit ora.
Quære alium:tua quẽ moueant miracula dixit
Theſſalus:utq; manu iaculum letale parabat
Mittere:in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic amphix animi pleniſſima magni
Pectora lyncidæ gladio petit:inq; petendo
Dextera diriguit:nec citra mota nec ultra eſt.
At nileus qui ſe genitum ſeptemplice nilo
Ementitus erat:clypeo quoq; flumina ſeptem

Molpheũ an ethemonẽ. Diuerſa ualle. in diuerſa uallis parte. Vtro. in utrã partẽ. Summouit. repulit. Traiecti. Tranſfixi. Cõtẽtuſq; fuga ẽ. Satis pſeo fuit Molpheũ fugaſſe. Ab altera nãq; pte ethemõ inſtabat:neq; pſeo interficiẽdi Molphei tps dabat. Non circunſpectis. uiribus. Hypallage ẽ. ipſe. n. nõ circunſpectus. hoc ẽ. iprudẽs ac temerarius. Circunſpectus. n. cum nomẽ ẽ: prudẽs qui oĩa circunſpicit dr̃. Exactũ. eiectũ. Valẽtes cãs. Potentes. Cyllenide harpe. p cyllenia. patronymicum pꝰ poſſeſſiuo eſt poſitũ Cyllenius autẽ mercurius dr̃ a cyllene Arcadiæ mõte: ubi ex maia natus eſſe fingitᷣ. Vergilius in octauo. Vobis Mercurius pr̃ ẽ: quẽ cãdida maia Cyllenæ gelido conceptũ uertice fudit. Verum ubi uirtutẽ. Poſteaq̃ inquit perſeus ſẽſit uirtutẽ ſibi igenitã a multitudine ſuperari: cũ amicos admonuiſſet: ut oculos auerterẽt: gorgonis caput hoſtibus aperuit: quo uiſo illi euẽgio in lapides fuere conuerſi. Eſt autẽ ordo. Verum. Perſeus dixit. Ego petã & ſũmã auxilium ab hoſte & meduſæ capite: quoniã uos ipſi ſic cogitis. hoc eſt me ad hoc compellitis. Vbi & poſtq̃ uidit uirtutẽ ſuccumbere turbæ hoc eſt a multitudine ſuperari. Miracula. Monſtra. Diriguit. Rigida & dura facta eſt. In hoc ſignum hæſit. hoc ẽ. Theſſalus in ſtatuam marmoreã ita eſt conuerſus: ut iaculũ emittere uelle uideatur. Signũ de marmore. Statua marmorea. Hæſit. ſterit. Septẽplice nilo. Nilus fluuius eſt ægypti clariſſimus qui ſeptem hoſtiis in mare exit. unde Vergilius quarto georgicorum: Diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora: Vſque coloratis amnis deuectus ab indis. Celauerat. ſculpſerat. ornauerat. Primordia. principia. Noſtræ gentis. noſtri generis. Ad tacitas umbras. Ad animas uoce carentes & mutas. Cecidiſſe interfectũ fuiſſe. A tanto uiro. Tã generoſo. Suppreſſa. cohibita atq; coercita. Adapertaq; uelle. Cũ enim perſeum alloqueretur Nileus in ſtatuam lapideam: quæ loqui uelle uidetur: fuit tranſmutatus. Nec ſunt ea peruia uerbis. Neque enim uerba egredi poſſũt. Vitio animi quia puſillanimes eſtis. Nõ uiribus gorgoneis. Non uiribꝰ capitis Meduſæ gorgonis. Torpetis. pigri & immobiles eſtis. Magica arma. magicos cantus. incãtamẽta atq; ueneficia. Incurſurus erat. Impetũ facturus in perſeum. Veſtigia. pedes. Immotus. imobilis: Nam in ſtatuã lapideam fuerat

Cepheni in lapides

Tinnire

cōuerſus. Pœnas ſubiere.Paſſi ſunt. Oborto ſaxo.Repēte orto. Tinnitibus acutis.uocibus & ſonis acutis. Tinnire aūt uerbū ē facticiū a ſono quē percuſſa æra emittere ſolent

Naturā traxit eandē. Nam & ipſe in ſtatuā marmoreā fuit cōuerſus. Riguerūt. Rigida & dura & ſaxea facta fuerunt. Tunc deniq̄.

**Phineus in ſaxum**

Poſtea q̄ ipſius ſocii in marmoreas ſtatuas fuere trāſmutati. Marmor erāt. Marmoreæ ſtatuæ. Auertitur. a perſei cōſpectu oculos auertit. Confeſſaſq̄ manus.manus iunctas quales qui ſe uicti fatētur tendere ſolēt. Vincis.Victor es.hoc eſt fateor te eē uictorē me āt uictū. Saxificos uultus. Ora ī ſaxa hoīes trāſfigurātia. Quæcūq̄ ea.ſit ſubaudiatur.Ignorat aūt Phineus quænā fuerit Meduſa. Pro cōiuge.ꝑ uxore pugnauimus.Quæ quidem cū honeſta ſit cā: ſe dignū uenia eſſe phineus innuit. Si nāq̄ odio regniue cupiditate arma ſumpſiſſet in Perſeum:indignus uenia foret.

Tempore noſtra. nā Andromeda anteq̄ ceto obiiceretur: ut diximus phineo fuerat deſponſata. Non ceſſiſſe piget. Me inquit Phineus pœnitet tibi andromedā nō reliquiſſe.

Cedere

Cedere aūt uerbū eſt de iure ſumptū:qd quidem elegāter cū datiuo ablatiuoq̄ cōſtruitur ut cedo tibi mea ſponſa. Inerti.Imbelli.ignauo. Monumēta.ſiga. Phorcynida.Meduſam Phorci filiā. Trepido ore.timido uultu.

Obuerterat.cōuerterat. Sua flectere lumina. Suos oculos cōuertere: ne Mæduſæ caput uideret. Induruit ſaxo.In ſaxum trāſmutatus: durus eſt factus. Facies obnoxia ſubiectæ ſimilis. Victor abantiades. Perſeus uotorum compos cum argos in patriam rediiſſet:Prœtum a quo Acriſius auus regno fuerat priuatus: oſtenſo meduſæ capite in lapidē conuertit. A uoq̄ licet immerito.quod ipſum cum Danaæ matre arcæ impoſitum in mare proieciſſet: regnum reſtituit Cum cōiuge.Andromeda. Immeriti parentis. pro auo parentem poſuit:qui male & de filia Danaæ & de Perſeo nepote tūc meritus fuit: cū eos arcæ impoſitos mari commiſit. Aggreditur prœtum. Prœtus abantis regis argiuorum fuit filius atq̄ acriſii frater: cuius filias in uaccas fuiſſe conuerſas in fabulis traditur.

Proetus

Fratre fugato.expulſo acriſio Acriſioneas arces.acriſii regnum. Male.inique ac iniuſte

Te tamen o parue. Hac apoſtrophe poeta polydectem Seriphi regem in odium inuidiamq̄ adducit:q Perſei neq̄ uirtute.neq̄ laboribus quos perpeſſus eſt: neque periculis quibus ſe expoſuerat:ab ira odioque deduci remoueriq̄ poterat. Polydectes autem Magnetis fuit filius ut quidam ſcribunt: ut uero pherecydes Periſtēis & Androthoes fraterq̄ Dictyis a quo Danaen cum perſeo diximus

Polydectes

Argento partim.partim celauerat auro:
Aſpice ait perſeu noſtræ primordia gentis.
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras.
A tanto cecidiſſe uiro.pars ultima uocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt:adapertaq̄ uelle
Ora loqui credas.nec ſunt ea peruia uerbis.
Increpat hos:uitioq̄ animi non uiribus inquit
Gorgoneis torpetis erix.incurrite mecum:
Et proſternite humi iuuenē magica arma mouētē
Incurſurus erat.tenuit ueſtigia tellus.
Immotuſq̄ ſilet:armataq̄ manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiere:ſed unus
Miles erat perſei:pro quo dum pugnat aconteus
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto.
Quem ratus aſtyages etiam nunc uiuere:longo
Enſe ferit.ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet aſtyages:naturam traxit eandem:
Marmoreoq̄ manet uultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plebe uirorum
Dicere.bis centum reſtabant corpora pugnæ.
Gorgone bis centum riguerunt corpora uiſa.
Pœnitet iniuſti tunc deniq̄ phinea belli.
Sed quid agat:ſimulacra uidet diuerſa figuris.
Agnoſcitq̄ ſuos:& nomine quenq̄ uocatum
Poſcit opem:credenſq̄ parum ſibi proxima tangit
Corpora.marmor erant.auertitur:atq̄ ita ſupplex
Confeſſaſq̄ manus obliquaq̄ brachia tendens:
Vincis ait perſeu.remoue tua monſtra:tuæq̄
Saxificos uultus:quæcunq̄ ea:tolle Mæduſæ.
Tolle precor.nō nos odium regniq̄ cupido
Compulit ad bellum.pro coniuge mouimus arma.
Cauſa fuit melior meritis tua.tempore noſtra
Non ceſſiſſe piget.nil o fortiſſime præter
Hanc animam concede mihi.tua cætera ſunto.
Talia dicenti:neq̄ eum quem uoce rogabat:
Reſpicere audenti:quod ait timidiſſime phineu
Et poſſum tribuiſſe:& magnum eſt munus inerti:
(Pone metum)tribuam.nullo uiolabere ferro.
Quin etiam manſura dabo monumēta per æuum.
Inque domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri:
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniunx.
Dixit:& in partem phorcynida tranſtulit illam:
Adquam ſe trepido phineus obuerterat ore.
Tunc quoq̄ conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit:ſaxoq̄ oculorum induruit humor.

hoſpitio fuiſſe ſuſceptā. polydectes aūt Danaes amore captus uim illi afferre perſei metu nō audebat. Cōuiuiū igit̃ appauit. ad qđ & alios multos & i primis pſeū iuitauit. Interrogāte āt perſeo qua in re cōuiuii pmiū ſymbolumq̨ cōſtitueret: polydecte uero in equo afferente: īmo in Gorgonis capite perſeus inquit. poſt ſymbolū aūt conſtitutū & alii ſodales & perſeus equū ad polydecten adduxerunt. quē aſpernatus Gorgonis caput ex pmiſſo repoſcebat. Quod quidē niſi fuerit allatū. ipſius matrem acceptuꝝ eſſe miatur. perſeus igit̃ triſticia affectus in ultimā inſulæ ptem diſcedit ſuā deflens calamitatē. Mercurius aūt ipſū uidens cū fletus cām cognouiſſet bono aīo ſis inqt. Ego nāq̨ tibi dux ero. ac primū qdē illū duxit ad phorci uetulas pemphredo. ac Ento & ieno pallade ſic admonente: ipſiſq̨ oculū & dentem qbus uiciſſim utebant̃ furatus eſt. Illæ uero cū ſenſiſſent clamātes rogabant: ut ſibi oculus denſq̨ redderet. perſeus aūt ſe redditurū ait ſi nymphas inferni galeam talariaq̨ alata & perā hñtes oñdant. Illæ uero cū nymphas illas indicaſſent oculū denteq̨ accepunt a perſeo. qui ad nymphas una cū mercurio pfectus & calciamēta alata pedibus alligauit. & perā humeris ipoſuit & inferni galeā capiti adaptauit. Volās deinde ad oceanū puenit pallade mercurioque ſubſequentibus. a quibus admōetur oportere ipſum auerſum caput meduſæ amputare. Illa nanq̨ gorgonū ſola mortalis erat. ad ipſas igit̃ dormiētes cū acerſiſſet. harpe caput meduſæ āputauit: quo qdē i pā cōiecto aufugit. Gorgōes uero aliæ excitatæ illū pſequebant̃ ſed pp inferni galeā nō uidebant. Perſeus igit̃ in ſeriphū reuerſus polydecten iubet populū cōgregare. ſe. n. Gorgonis caput oñdere uelle. ſciebat aūt oēs q uidiſſent in lapides cōuerſū iri: Multitudie igit̃ congregata. polydectis iuſſu ex pera caput Gorgōis auerſus perſe⁹ excepit atq̨ oñdit: Quod q uiderūt oēs ac i primis polydectes in lapidē fuere cōuerſi. Tunc pallas caput Gorgōis a perſeo acceptū ægidi ſuæ affixit. Mercurius uero & perā & calceos alatos & inferni galeā nymphis reſtituit: perſeus uero Dictyen a quo benigne acceptus educatuſq̨ fuerat: ſeriphioꝝ q ſup fuerant regē cōſtituit. ipſe uero cū matre & andrōeda argos ē reuerſus hæc pherecides. uñ & ouidius ſumpſiſſe uidet̃.

Prœtus i ſtatuā

Sed tñ os timidū: uultuſq̨ i marmor̃ ſupplex:
Summiſſæq̨ manus: facieiq̨ obnoxia manſit.
Victor abantiades patrios cū coniuge muros
Intrat: & imeriti uindex ultorq̨ parentis
Aggreditur prœtum: nā fratre p arma fugato
Acriſioneas prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armorū: nec quā male cepat: arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen o paruæ rector polydecte ſeriphi:
Nec iuuenis uirtus per tot ſpectata labores:
Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus
Exerces odium. nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudem: fictamq̨ Meduſæ
Arguis eſſe necem. dabimus tibi pignora ueri
Parcite luminibus: perſeus ait: oraq̨ regis
Ore meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.
Hactenus aurigenæ comitem tritonia fratri
Se dedit. inde caua circundata nube ſeriphon
Deſerit a dextra cypro gyaroq̨ relictis.
Quaq̨ ſup pontū uia uiſa breuiſſima: thebas
Virgineumq̨ helicona petit: quo mōte potita
Conſtitit: & doctas ſic ē affata ſorores.

Te tñ o paruæ. Quātis inqt tot mirāda geſſerit pſeus: totq̨ in lapides conuerterit: tu tñ odiū mollire ne dū deponere nō potes. Seriphi. Inſula ē una ex ſporadibus ſeriphus. Vnde ſeriphius nomē gētile deriuat̃. Detrectas. diminuis. Arguis. Arguere uis & pbare. Parcite luminibus. nolite reſpicere. hæc iis ait qui cū polydecte aderāt: admonet. n. ut oculos auertāt: ne & ipſi i lapides mutētur. Quāq̃ Strabo ſcribat uniuerſos ſeriphios una cū polydecte in lapides fuiſſe cōuerſos: idq̨ in ultōem matris a perſeo factū: qa illis adiutoribus ſeryphi rex polydectes nuptiis inuitā adegiſſet. Adeo aūt lapidoſā eſſe ſeriphū ut q cōuiciant̃: id īſpecta obueniſſe gorgōe cauſent̃. Parcere āt oculis dr̃: q illos cōtiet clauſos. Hacten⁹ aurigene. Nullā qdē hoc loco poeta exponit tranſformationem. Sed rem ſane admirandam deſcribit: quo concinnius muſarum in aues tranſformationem ſubnectat. Narrat enim quenadmodum pegaſus equus alatus: quem pauloañ diximus una cū chryſaore e ſāguine colli Meduſæ exiliuiſſe ad Heliconē Bœotiæ mōtē puenit: ubi cū terrā pedis ungula pcuſiſſet: illico fōs: q ιπ̃ πoκρηνη. hoc ē caballinus fōs ē appellatus: exortus fuiſſe memorat̃. Ad eū igit̃ uidendū relicto perſeo pallas pfecta eſt: q̃ a muſis accepta q̃ prōptiſſime ad ipſū fuit deducta. Dextra cypro gyaroq̨ relictis. Cypro qdē legit̃. Sed cū hæc iſula lōge a gyaro diſtet: utpote q̃ ſit in mari pāphilio: cū gyaron eē in ægeo cōſtet: minus huic loco cōuenire uſ. Forſitan āt p cypro legēdū ē ſcyro. Nā ſcyros iſula ē una ex cycladibus gyaro ppiqua: quæ & ipſa una ē ex cycladibus i qua mures ferꝝ rodere dñr. Inde gyareus nomē gētile triſyllabū declinat̃. Mendū eſt apud pliniū: ubi legit̃. Scyros a naxo quatuordeci milia paſſuū Hōeri ſepulchro ueneranda. Cū nō Scyros. Sed Ios ex ſnia ēt ſtrabōis legendū ſit. Virgineū. helicōa. Virginibus muſis nymphiſq̨ dicatum. Doctas ſorores. piphraſis ē muſaꝝ. Nā muſe Iouis & Mnemoſynes filiæ ſunt: q̃ παρα τοῦ μῶσαι. hoc eſt ab iquirēdo dñr: Vt inqt Diodorus: qđ ea inqrant hoīeſq̨ doceāt q̃ ab īdoctis ignorant̃: & qđ q̃rēdo ſcia pariat̃. Nouē aūt fuiſſe muſas iā fere inter oēs cōſtat: & ſi qdā tres tñ eſſe cōtendāt: Quibus noīa a pprio cuiq̨ muuere indita fuerūt. Clio απο τοῦ κλέους. hoc ē a gloria: q̃ ex poetaꝝ laudibus dicta ē. Euterpe απο τοῦ ευτερ-

πεοσ.hoc ē a iucũdo pp uoluptatem quæ ab audiẽtibus ex hõesti pceptõe ſentit̃.Thalia ατϖο τοῦ θάλλειν hoc eſt a uirẽdo qđ ĩ lõgũ tp̃s poetaꝝ gloria uireſcat.Melpomene ατϖο του μέλπεσθαι.hoc ē.a modulãdo:qđ melodia audiẽtes maxime demuceant̃.Terpſicore ατϖο τοῦ τέρπειν.hoc ē a delectãdo:qđ doctrĩa hoĩum ai maximope delectant̃.Erato ατϖο τοῦ ἐρᾶν hoc ē ab amãdo:qđ docti hoĩes ab oĩbus ament̃.Polymnia qđ cã tus ſuauitate poetas reddit gl̃ia ĩmortales. Vrãia ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.h̃ ē a cælo:qđ uiri eruditi ad cælũ gloria tollãtur.Calliope ἀπὸ τῆσ καλλῆσ ὀπὸσ .hoc ē a bona uoce qđ cantus ſuauitate alios ãncedens magnĩ ab audiẽtibus æſtimet̃. alii uero aiũt duas eſſe muſaꝝ generatiões ex Muſei ſn̄ia.antiquoꝝ qdē quæ una cũ ſaturno ferunt̃ natæ.Iunioꝝ autē:q̃ Ioui & Mnemoſynes filiæ fuiſſe dñr.Haꝝ iuẽta ex hæc fuiſſe phibẽt̃.Clio nãq; hiſtoriã ĩueniſſe ſcribit̃.Thalen agriculturã & curã q̃ plantis adhibet̃. Euterpe mathematicas artes.Terpſicore eruditõem.Erato ſaltatõem.polimnia lyrã. Melpõene cantũ. urania aſtrologiã.calliope poeſi.Meduſæi p̄petis.uolucris & alati equi. Vidi ipſũ materno ſanguĩe naſci.ipſũ pegaſũ.Aderat.n.perſeo pallas:cũ meduſã obtrũcauit. Excipit uraniæ.Vna ē ex nouem muſis q̃ cæleſtis interp̃tari põt.οὐρανοσ.n.unde uenit cælũ ſignificat. Pedis ictibus.pcuſſiõe pedis.Hæc ãt narrant̃,ut fabulã ſequẽtē apte cõnectat cũ ſupioribus.

Hippo crene fons

Felices ſtudiiq; lociq;.cã ſubaudiẽda uĩ:ut intelligamus cã ſtudii ac loci muſas felices eſſe. Mæonidas.Muſas.Mœonides ãt nõ a mæõis filiabus deuictis:ut quidã ſõniarũt:ſed a mœnia dicũt̃:ut aonides ab aõia.pierides a pieria:Theſpiades a theſpiis fuerũt denominatæ.Quãq̃ Myonides prima per y græcã uocalē forſitan rectius ſcriberẽt̃.Nã Myonia urbs ē phocidis:de qua pauſanias ĩ prio mentõem facit. Opera ad maiora.ad bellica geſta:q̃ quidem ſtudiis diſciplinaꝝ ſunt maiora. Sed uetitũ ē adeo ſceleri nihil.oĩa inqt ſcelerati audẽt.neq; ſibi qcq̃ ꝓhibitũ eſſe putãt. Adeo certe. Oĩa terrent uirgineas mentes.Sententia eſt generalis.uirgĩes.n.natura ſũt timidæ.¶Diruſq; ante ora pyrene⁹ uertitur. uerſari uĩ. pyreneus ãt ut hinc colligere poſſumus thrax fuit tyrannus:q Daulida phocidis urbē occupauit:ubi cũ quodã die pluuioſo muſas ad parnaſſum eũtes uidiſſet:ut tecta ſua ſubirẽt:dũ pluuia ceſſaret:inuitauit.Cũ uero iã imber ceſſaſſet muſæq; diſcedere uellẽt: pyreneus impius clauſis foribus illis uĩ inferre pabat.Sed muſæ ĩ aues cõuerſæ euolauerunt:quas cum pſeq pyreneus uellet ex arce ſe precipitem iaciẽs caput terræ illiſit ſicq; expirauit. pyreneus ſane nomen eſt triſyllabum: nõ ut quidam putant quadriſyllabum: niſi ꝓ monte accipiatur:quo gallia ab hiſpãia diſtermĩat̃: Tunc.n.pe.nultima cũ æ diphthõgo ſcribit̃. Daulia rura.Daulios agros.Daulia aũt q̃ & daulis dr̃:urbs ē phocis a daulide nympha:ut ſcribit pauſãias appellata. phocis aũt regio ē:ĩ qua ē parnaſſus.uñ phocenſes dñr. Phocea uero urbs ē Ioniæ a phocis ꝙ multæ cõditores eius ſecutæ fuiſſe dñr:appellata.Eiuſdē nõis urbs ē cariæ. Annuim⁹.cõſenſimus.morē geſſim⁹ Victo aqlõib⁹ auſtro.auſter q̃ & notus dr̃:pluuias ac nubes.Aquilo uero ſerenitatē affert. Impetus ire fuit.uolũtas abeundi nobis fuit.Eſt ãt locutio græca a latinis frequẽter a poetis uſurpata. Vecors ſtult⁹ cor de priuatus. Muſa loq̃bat̃.Elegãti phãtaſia multas deſcribit metamorphoſeis poeta.Muſa nãq; fingit̃ palladi

Pyrene⁹ Muſæ i aues

Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures:
Dura meduſei quem præpetis ungula rupit.
Is mihi cauſa uiæ.uolui mirabile factum
Cernere.uidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Vraniæ.quæcunq; eſt cauſa uidendi:
Has tibi diua domos animo gratiſſima noſtro:
Vera tamen fama eſt:& pegaſus huius origo
Fontis:& ad latices deduxit pallada ſacros:
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas:
Siluarum lucos circunſpicit antiquarum:
Antraq; & inumeris diſtinctas floribus herbas
Feliceſq; uocat pariter ſtudiiq;:lociq;
Mæonidas:quam ſic affata eſt una ſororum.
O niſi te uirtus opera ad maiora tuliſſet:
In partem uentura chori tritonia noſtri:
Vera refers:meritoq; probas artẽq; locumq;
Et gratam ſortem:tutæ mõ ſimus:habemus.
Sed uetitum eſt adeo ſceleri nihil.omnia terrẽt
Virgineas mentes:diruſq; ante ora pyreneus
Vertitur:& nondum me tota mente recepi.
Daulia traicio phoceaq; milite rura
Ceperat ille ferox:iniuſtaq; regna tenebat:
Templa petebamus parnaſſia.uidit euntes:
Noſtraq; fallaci ueneratus numina uultu
Mæonides (cognorat enim) conſiſtite dixit.
Ne dubitate precor.tecto graue ſidus & ĩbrẽ
(Imber erat) uitare meo.ſubiere minores
Sæpe caſas ſuperi.dictis & tempore motæ
Annuimuſq; uiro:primaſq; intrauimus ædes.
Deſierant imbres:uictoq; aquilonibus auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.
Impetus iræ fuit.claudit ſua tecta pyreneus:
Vimq; parat:quã nos ſũptis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce:
Quaq; uia eſt uobis:erit & mihi dixit eadem.
Seq; iacit uecors e ſummo culmine turris.
Et cadit in uultus:diſcuſſiſq; oſſibus oris

referre certamẽ ſuũ cũ pieri filiabus:quo qdẽ ĩ certamine & trãſſormatões deorũ ĩ uaria aĩalia tpe belli gigantei a pieri filiabus canũtᷣ & pœna Typhoei gigãtis:& proſerpiæ raptus.& cyanes ĩ fõtẽ mutatio.multaq; alia contra a muſis cãtãtᷣ.pierus igitᷣ ex Anippe uxore nouẽ ſuſtulit filias:quarũ pulchritudine ac uocalitate mĩ ſupba muſas in certamẽ ꝓuocare ẽ auſa.Eas uero nympharũ iudicio uictas muſæ ĩdignate uocalitate erepta in raucas picas cõuerterũt.Minie uõ illiſũt audiẽdi q muſas pierides a deuictis pieri filiab⁹ denoĩatas fuiſſe putãt cũ a pieria:ut ait ſtrabo dicarũt. Voxq; ſalutãtũ.chære.n.quo uerbo græci ſalutãt.expriere uidentᷣ picæ.Sua fata q̃rẽtes. De ſua fortũa cõquerẽtes.Pellæis ĩ aruis. Teſſalicis agris. pella nãq; urbs ẽ Macedouiæ alexãdri Magni natiuitate nobilis.Vñ Iuuenalis.Vnus pellæo iuueni nõ ſufficit orbis. Pæonis anippe mĩ fuit pæõia pars ẽ macedõiæ mõtana:q̃ emathia quoq; dĩ.pño nymicũ aũt poſuit loco gẽtilis.Lucinã Iuno Lucina q̃ a pturiẽtibus mulierib⁹ ĩuocabatᷣ: a luce ẽ appellata:q; in lucẽ educere ĩfantes ſoſpites credebatur. Pierides in picas

Perq; tot æmõias.Aemõia eadẽ ẽ cũ Theſſalia ab æmone rege dicta.Aemon autem filius fuit Chlori filii pelaſgi.pr̃ aũt fuit Theſſali a quo Theſſalia fuit cognomiata. Achaidas.achaicas.Græcas.Theſpiades.certate deæ.Muſæ Theſpiades dictæ ſũt:nõ a Theſpia earũ matre ac Mæonis uxore.ut quidam ex ſuo cõmodo fingũt: Sed a Theſpiis urbe Bœotiæ ubi maxĩe colebantᷣ:cui opiniõi accederᷣ Ouidius uĩ:cũ deas Theſpiades eas uocet. Cũ quodã.n. cõtẽptu ſic eas pieri filiæ appellãt. ac ſi dicerẽt Teſpiẽſiũ deæ:nõ aliorũ. Fõte Meduſæo.piphraſis eſt Hippocrenes fõtis muſis dicati. Et Hyantea aganippe.Bœotia.Nã hyãtes ppl̃i ſũt Bœotiæ.Aganippe uero fõs ẽ Bœotiæ muſis ſacer. Ad pæonas niuoſos.Mõtãos.pæões nãq; ppl̃i ſũt macedõiæ mõtani. Dirimãt cert amĩa nymphæ.Diiudicẽt ĩquit utre nr̃m medi⁹ cecinerit.Dirimi aũt ꝓprie dñr bella atq; lites:cũ ſedãtᷣ. Per flumia.per ſtygẽ paludẽ. Gigãtomachia

Factaq; de uiuo.Hoc de iure ſũptũ uĩ.iudices.n.ſẽtentiã laturi ſedere iubentᷣ. Tunc ſine ſorte prior. Stoliditatẽ ſimul & temeritatẽ filiarũ pieri notat muſa quarũ una anteq̃ ſorte decerneretᷣ:utræ deberent cãtũ ĩchoare:bellũ gigãteũ canere cœpit. Emiſſũq; typhoea:Thyphoe⁹ q & typhon dr̃ titãi & terræ fuit fili⁹ tãta audacia ut Iouẽ ĩ pugnã prouocare ſit auſus.Quare Iupiter illũ fulmĩe ſtrauit trinacriæq; inſulæ ſubiecit.Sane typhoe⁹ ita triſyllabũ ẽ: ut nõ o & e:ſed e & u in diphthõgũ copulentᷣ.Quidã.n.de ortographia ſcribẽtes cũ œ diphthõgo hoc nomen ſcribendũ ſtultæ ꝑcipiũt. Dõec feſſos ægyptia tellus.Cepit.Gigãtes titanorũ filii:ut in prio quoq; diximus tyhoeo duce ĩpetũ in deos fecerunt:ac eoſ in ægyptũ uſq; fugere coegerũt:ubi ſe typhoei metu in uaria aĩalia:ut perſpicue deſcribit Ouidi⁹ conuerterunt:inde factũ eſt ut egyptii multa aĩalia ꝓ diis colãt.In quorum ſtultitiã iuuenalis eam ſcripſit

Iupiter ĩ arietem
Apollo in coruũ
Bacch⁹ ĩ capram

Tundit humum moriẽs ſcelerato ſãguĩe tĩctã.
Muſa loquebatur.pennæ ſonuere per auras:
Voxq; ſalutantum ramis ueniebat ab altis.
Suſpicit:& linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde ſonẽt:homineq; putat ioue nata locutũ.
Ales erat:numeroq; nouem ſua fata querẽtes
Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti ſic orſa deæ dea.nuper & iſtæ.
Auxerunt uolucrum uictæ certamine turbã.
Pierus has genuit pellæis diues in aruis.
Pæonis Anippe mater fuit.illa potentẽ
Lucinã nouies:nouies paritura uocauit
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum.
Perque tot Aemonias & ꝑ tot achaidas urbes
Huc uenit:& tali committit prœlia uoce.
Deſinite indoctum uana dulcedine uulgus.
Fallere.nobiſcum ſi qua eſt fiducia uobis
Theſpiades certate deæ.nec uoce nec arte
Vincemur.totideq; ſumus:uel cedite uictæ
Fonte meduſæo & Hyantea Aganippe.
Vel nos Aemathiis ad pæonas uſq; niuoſos
Cedemus ſiluis.dirimant certamina nymphæ.
Turpe quidẽ cõtẽdere erat.ſed cedere uiſum
Turpius.electæ iurant per flumina nymphæ.
Factaq; de uiuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc ſine ſorte prior:quæ ſe certare ꝓfeſſa ẽ:
Bella canit ſuperum:falſoq; in honore gigãtes
Ponit:& extenuat magnorũ facta deorum:
Emiſſumque ima de ſede Typhoea terræ
Cælitibus feciſſe metum:cunctoſq; dediſſe
Terga fugæ.donec feſſos ægyptia tellus
Ceperit:& ſeptem diſcretus in hoſtia nilus.
Huc quoq; terrigenã ueniſſe typhoea narrat:
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris.
Duxq; gregis dixit fit iupiter:unde recuruis
Nũc quoq; format⁹ lybis ẽ cũ cornibus Hãmõ
Delius in coruo.proles ſemeleia capro.

ſatyrā:cuius eſt initium.Quis neſcit uoluſi Bithinice qualia demens Aegyptus portenta colat. Duxq; grægis periphraſis eſt arietis.Nā Iupiter ſe in arietē cōmutauit:cuius rei argumētū eſt:quod Iupiter Hammon in libia ſub figura arietis colitur. Fele ſoror phœbi.Diana ſoror ēſt apollinis:quæ ſe in felem domeſticum aīal muribus auibuſq; maxime infeſtum conuertit. Cyllenius ibidis alis.Ibis auis Cyconiæ ſimilis ægypti peculiaris immunda ut q̄ roſtro anum purget. Poſcimur aonides.Nos inquit muſæ ad cantandū inuitamur.Significat autem ſe,& prudentes & modeſtas eſſe:quæ niſi rogatæ non ſurrexerint ad cantandum:id qd impudentes pieri filiæ fecerunt:quæ ne iacta quidē ſorte canere cœperunt.Aonides uero muſæ dicuntur ab aonia Bœotiæ pte montana. Leui umbra.ſuaui ac iucūda. Dedimus.ſummā certaminis uni.hoc ē. Totum certamen uni ex ſororibus cōmiſimus. Calliope.una ē ex muſis:cui a pulchritudine ac bonitate uocis nomen inditū eſt.Nā καλλοσ pulchritudo.οψ πoσ uox dr̄.morem aūt Citharedo℞ exp̄ſſit:qui cithare chordas anteq̄ ue℞ incipiant cantū: temptare ſolēt. Chordæ aūt propriæ dn̄r muſico℞ inſtrumento℞. Neruis.chordis. Prima ceres. A laudibus cereris carmē ſuum calliope auſpicatur Ceres aūt Saturni & opis filia fuiſſe dr̄:q̄ omnium prima agro℞ cultum ac frumēta hoībus monſtrauit.legeſq; adinuenit:quibus hoīes ciuiliter uiuere cœperunt. Vaſta giganteis.Thiphoeo Gigāti fulmine pcuſſo Iupiter ſiciliā inſulam ſuper iniecit nequando reſurgens cælo deos pellere temptaret

Dianā in felē / Iuno in uaccam / Venus in piſcem / Mercurius in ibidem

Cereris laudes

Fele ſoror phœbi.niuea ſaturnia uacca.
Piſce Venus latuit.Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora.
Poſcimur Aonides.ſed forſitan otia non ſunt.
Nec noſtris præbere uacat tibi cātibus aures.
Ne dubita:ueſtrumq; mihi refer ordine carmē
Pallas ait.nemoriſq; leui conſedit in umbra.
Muſa refert.dedimus ſummā certaminis uni.
Surgit:& immenſos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætēptat pollice chordas.
Atq; hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis.
Prima ceres unco glebam dimouit aratro:
Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.
Prima dedit leges.cereris ſunt omnia munus.
Illa canenda mihi eſt.utinā modo dicere poſſē
Carmina digna dea.certe ē dea carmine digna.
Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris:& magnis ſubiectum molibus urget
Aethereas auſum ſperare typhoea ſedes.
Nititur ille quidem:temptatq; reſurgere ſæpe.
Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta peloro.
Leua pachyne tibi.lilybæo crura premuntur.
Degrauat ætna caput:ſub qua reſupinus harēas
Eiectat:flammamq; fero uomit ore typhoeus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ:
Oppidaq; & magnos deuoluere corpe mōtes
Inde tremit tellus:& rex pauet ipſe ſilentum.
Ne pateat:lateq; ſolum retegatur hiatu:
Immiſſuſq; dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebroſa ſede tyrānus
Exierat:curruq; atrorum uectus equorum
Ambibat ſiculæ cautus fundamina terræ.
Poſtq̄ exploratum ſatis eſt loca nulla labare:
Depoſitoq; metu uidet hunc erycina uagantē

Trinacris.ſicilia quidem trinacris a poeta:ſed ab aliis trinacria frequentius dr̄:quod tria hēat & pmontoria pelo℞.Lilybeum & pachynū.Quidam ex antiquis hiſtoricis Thrinaciā illam uocāt a Thrinaco rege denoīatam:ut ſcribit apollonii enarrator.Magnis molibus.mōtibus.pōderibus. Auſonio peloro.Italo quippe qui & ad italiam uergat & ab ea mille & quingentis paſſibus diſtet. Dictus eſt aūt pelorus a peloro claſſis Hannibalis gubernatore:quem interfectum Hannibal cū crederet ſe in inſidias adductū ibi ſepeliendum curauit. Leua pachyne tibi.apoſtrophe ad mōtem. qua maxime oratio exornat̄.pachynus uero ſiciliæ eſt pmōtorium in græciā uergens. Lilybeo crura pmuntur. Lilybeus quoq; ſiciliæ eſt pmontorium aphricā reſpiciens. Degrauat ætna caput.Deprimit. Aetna uero mons ē ſiciliæ altiſſimus.cuius uertex fere ſemper flāmas eiectat.eſt ēt urbs ætna a Hierōe reæedificata.Vnde aetnei dn̄r. Sæpe remoliri.ſæpe inquit tēptat montes excutere:quo tpe maximi fiunt terremotus:p quod quidē ſignificatur uaſtū Typhoei & robur & corpus. Remoliri:demoliri decutere.præpoſitionem,poſuit pro ppoſitōe.Rex ſilentum.pluto.Manes ſilentes dicuntur.qd mortuis nulla uox ſit. Solum animarum & inferni.

Proſerpinæ raptus

Ambibat.circuibat. Fundamina.Fundamenta. Poſtquam exploratum ſatis eſt.Satis compertum eſt.Hæc autem narrantur ut commodius fabula fabulæ connectatur. Labare.uacillare.

Videt hunc Erycina uagantem.Erycina Romanis ſiculiſque uenus dicitur ab Eryce ueneris ipſius ac Butæ filio:qui cum in ſicilia regnaret:ac plurimum corporis uiribus polleret:hoſpites ut ſecum cæſtibus decertarēt prouocabat.Is extructo matri ueneri templo:quæ erycina fuit appellata:cum Hercule congreſſus ab eo fuit in

Monte ſuo reſidens:natumq; amplexa uolucrem
Arma manuſq; meæ.mea nate potentia dixit:
Illa quibus ſuperas omnes:cape tela cupido:
Inq; dei pectus celeres molire ſagittas:
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſuperos.ipſumq; iouem.tu numina ponti
Victa domas:ipſumq; regit qui numina terræ.
Tartara quid ceſſant:cur non matriſq; tuumq;
Imperium profers:agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cælo quoq; iam patientia noſtra eſt.
Spernimur:ac mecum uires minuuntur amoris.
Pallada non ne uides iaculatricemq; dianam
Abſceſſiſſe mihi:Cereris quoq; filia uirgo:
Si patiemur erit.nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio:ſi qua eſt ea gratia:regno:
Iunge deam patruo.dixit Venus.ille pharetram
Soluit:& arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſe poſuit.ſed qua nec acutior ulla:
Nec minus incerta:nec quæ magis audiat arcum:
Oppoſitoq; genu curuauit flexile cornu:
Inq; cor hamata percuſſit arundine ditem.
Haud procul ætnæis lacus eſt a mœnibus altus
Nomine perguſa.non illo plura cayſter
Carmina cignorum labentibus audit in undis.
Silua coronat aquas cingẽs latus omne ſuiſq;
Frondibus ut uelo phœbeos ſummouet ignes.
Frigora dant rami.uarios humus humida flores
Perpetuum uer eſt:quo dum proſerpina luco
Ludit:& aut uiolas aut candida lilia carpit:
Dumq; puellari ſtudio calathoſq; ſinumq;
Implet:& æquales certat ſuperare legendo:
Pene ſimul uiſa eſt.dilectaq;:raptaq; diti.
Vſq; adeo eſt properatus amor.dea territa mœſto
Et matrem & comites:ſed matrem ſæpius ore
Clamat:& ut ſumma ueſtem laniarat ab ora:
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.
Tantaq; ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hæc quoq; uirgineum mouit iactura dolorem
Raptor agit currus:& nomine quẽque uocando
Exortatur equos:quorum per colla iubaſque
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas:
Perque lacus altos & olentia ſulphure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra:

terfectus.In uertice autem mõtis qui ab ipſo eryx cognomiatur:dicitur fuiſſe tumulatus. Narraturus uero poeta cyanes nymphæ trãſformationẽ in ſtagnum: prius proſerpinæ raptum elegãtiſſime deſcribit. Cum enim pluto deus inferorum in Sicilia uagaret̃: ſagitta a cupidine rogatu ueneris percuſſus uiſa proſerpina cereris filia ita exarſit:ut eam raptã ſtatim currui ſuo imponeret:atq; aſportaret. Cũ uero a cyane nympha retineret̃:ipſe ad aperta terra ad inferos cũ amica deuectus eſt. Cyane autem eo dolore fuit affecta: ut paulatim in fontẽ fuerit cõmutata. Monte ſuo.eryce ſibi dicato. Natũ uolucrẽ.filiũ alatũ.hoc ẽ cupidinẽ. Arma manuſq; meæ.Eadem ferme oratione uenus apud Vergiliũ cupidinẽ filiũ alloquitur.Natæ meæ uires.mea magna potentia ſolus. Inq; dei pectus.In aĩum plutõis Molire.ꝑpara. Triplicis regni.qd ĩ tres diuiſũ ẽ ptes:quaꝝ ſupma. hoc ẽ cælũ optigit Ioui media.hoc ẽ terra cũ mari neptũo.Infima ac ultia hoc ẽ.ĩferi plutõi. Profers.ꝑducis.amplificas. Agit̃ pars tertia mũdi.hoc ẽ. De tertiæ partis mũdi impio cõtendit̃: parũq; abeſt quin ea a nobis amittat̃. Et tñ ĩ cælo quoq;. Non ſolum inquit inferos patimur ab amore liberos eſſe: uerum ſuperorum quoque quidã nos ſpnũt nr̃aq; patiẽtia fruunt̃. Palla da nõne uides.A qbus potiſſimũ ſpnat̃ uen⁹ exponit.pallas.n. ac Diana ꝑpetuã uouerant uirginitatẽ. Cereris quoq; filia.proſerpina quæ Iouis & cereris fuit filia. Patruo.plutõi Iouis fr̃ ꝑſerpinã ſibi uxorẽ copulauit. Nec q̃ magis audiat arcũ.hoc ẽ.Nec q̃ facili⁹ ab arcu emittat̃.Illæ nãq; ſagittæ arcui audire & obtẽpare dñr:q̃ facile ab arcu emitũt̃. Amata arũdine.Sagitta ferro armata & hamo q̃ qdem e corpe difficulter extrahi põt.Eſt ãt hamatus nomẽ pticipio ſiſe ut galeatus Ditẽ plutonẽ q a græcis πλούτος dr̃. Haud ꝑcul ætneis Lacũ noĩe pguſã deſcribit:iuxta quẽ ꝑſerpina cũ ſibi æq̃libus puellis flores colligẽs a plutõe illac curru trãſeũte rapta fuit. Aetnæis mœnibus.ætna urbe.Eſt namq; ætna & urbs Siciliæ & mõs.ut dixius. Phœbeos ignes.Solis feruores. Puellari ſtudio: puellæ cõuenienti.

Vſq; adeo ꝑperatus amor.Acclamatõe hac ſignificãt q̃ uehemẽs ad amãdũ ſagitta cupidinis effectus fuerit pluto. Ab ora ſũma.a ſupmo libo. Hæc quoq; iactura : q̃ amiſerat flores. Excutit cõcutit. Obſcura ferrugie.Ferrugineo colore:q fuſus ẽ ac ferreo ſiſis. Stagna palicoꝝ.palici:ut æſchylus ĩ ætnis ſcribit: Iouis & Thaleæ nymphæ uulcão gẽitæ filii fuerũt.ut uero alii ĩ pmiſq; ſilen⁹ ſcriptor græcus uulcani ex Aetna Oceani filia.Dicti ſunt ãt palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι.hoc ẽ ab uiteꝝ ueniẽdo in uitã.

Pergu ſa lacus

cum mortui iam eſſent. Nam cum thalea nympha a Ioue fuiſſet compreſſa Iunonis timore optauit: ut ſibi terra dehiſceret: Quod quidem ubi factum eſt: maturi partus tempus aduenit. Ex terra igitur adaperta: duo ſimul infantes exiliuere: qui palici ſunt appellati. Non autem paliſci: ut putat Tortelius: qui in hoc quoq; fœde nimiũ fallitur. Nam paliſcos ἀπὸ τοῦ πάλιν. quod eſt iterum & hiſcere uerbo latino ſcribit componi eoq; ſecundæ ſyllabæ. s. litteram præcipit aſcribendam: cum & nomen grecum proculdubio ſit: nec ſi illo modo componeretur: græci unq̃ huiuſmodi uerbo uterentur. Iuxta palicos autem fons eſt palicine: qui aquam in altũm ſex cubita eiaculari dicitur: quæ in eundem fontẽ iterum reuertatur. Ius quoq; iurandũ ibi ſanctũ fuiſſe ſcribunt. Quæ enim quis iuraſſet: ea in tabella ſcripta in aquam proiiciebantur: acſi quidem uera fuiſſent: Tabella fluitabat. Si quis uero peieraſſet: tabella ſubmergebatur: nec uſq̃ apparebat. In periurio uero deprehẽſus comburebatur. Feruentia. Innuit poeta ibi eſſe fontes calidarum aquarũ. Et qua bacchiadæ. hoc eſt originem a bacchia ducẽtes. Bacchias enim Dionyſi filius Corinthũ habitauit. Ab eo autem genus ducentes. ut ſcribit & Strabo & expoſitor ἀργοναυτικῶν Apollinii generoſiſſimi corinthiorum habebantur. Cæterum expulſi Corintho propter Actæonis mortem dicuntur fuiſſe. Meliſſus eni pater cum uidiſſet filium a bacchiadis dilaceratum: iamq; iſthmia forent celebranda: aſtans altari multa in corinthios ẽ imprecatus. niſi filii cedem uindicarent: cumq; ea dixiſſet ſe precipitem ex alto dedit. Quare corinthii ne inultam eam cedem relinquerent oraculoq; id iubenti optemperarẽt: bacchiadas expulerunt. Cherſicrates aũt unus bacchiadum Cercyram ædificauit cum illinc Colchos eieciſſet. Videtur autem poeta innuere Drepanum a bacchiadis ædificatum: q̃q̃ & Cercyra Drepane fuerit appellata quod ut Timæus inquit δρεπάνου. hoc eſt falx illic abſcondita eſt qua Cronus urãi. hoc eſt cæli pudẽda aut Iuppiter Croni reciderit. Bimari Corintho. Corinthus idcirco bimaris appellatur: quod in iſthmo pelopõneſi ædificata ab altera parte Aegeum mare. Ab altera Ionium ſpectet. Inter inæquales portus. Alter namq; maior eſſe alter minor perhibetur. Poſuerunt mœnia. Vrbẽ Drepanum ædificarunt. Eſt medium Cyanes. Locũ deſcribit: ubi Cyane nympha Plutonem inhibere uoluit: ne proſerpinã aſportaret: Cæterum a Plutone contempta dolore in fontẽ ſui nõis fuit cõuerſa: qui Anapi fluuio cõmixtus iuxta ortygiã inſulã in mare labitur. Et piſææ Arethuſæ. Arethuſa fõs ẽ Siciliæ iuxta ſyracuſiſ urbẽ: quã idcirco Piſæã poeta uocat: qđ ut dixius creditur eſſe alpheus: qui fluuius iuxta Piſã olimpiæ: urbẽ labens abſorbetur a terra ac ſubter mare fluẽs in Siciliã uſq; arethuſã efferre dr̃. Cõponere. Cõparare. Anapis qui & anapus dr̃ fluuius eſt Siciliæ. q idcirco Cyanen amare fingit̃: qđ iuncti in mare defluunt. Saturnius. Pluto Saturni filius. Cõdidit. Iecit tantis uiribus ut totum ſceptrũ occultaret̃. Icta uiã tellus. Nã ſceptro pcuſſa ita hiauit ut facile plutonis currus illac ad inferos pertranſierit. Medio cratere. in mediam uoraginem. Nam crater non ſolum uas dicitur: ſed ad eius ſimilitudinem hiatus quoq; terræ unde flamma præſertim egrediatur crater appellatur: unde Empedoclem ſe in ætnæ Craterem precipitaſſe legimus. Inconſolabile uulnus. Maximum dolorem: qui nullam cõſolationem admittere poſſet. Omnis. Tota. Oſſa pati flexus. oſſa fieri flexibilia. Exilibus. tenuibus ac paruis. Euanida. Euaneſcentia. reſoluta. Reſtatq; nihil quod prendere poſſis.

Cyane in ſtagnum

Arethuſa

Crater

Et qua bacchiadæ bimari gens orta corintho
Inter inæquales poſuerũt mœnia portus.
Eſt medium Cyanes & piſææ arethuſæ:
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor.
Hic fuit: a cuius ſtagnum quoq; nomine dictum:
Inter ſicelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo:
Agnouitq; deam: nec longius ibitis inquit.
Non potes inuitæ Cereris gener eſſe. roganda.
Non rapienda fuit: quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt: & me dilexit anapis.
Exorata tamen: nec ut hæc exterrita nupſi.
Dixit: & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit. haud ultra tenuit ſaturnius iram:
Terribileſq; hortatus equos in gurgitis ima
Contortum ualido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta uiam tellus in tartara fecit.
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptamq; deam contemptaq; fontis
Iura ſui mœrens inconſolabile uulnus
Mente gerit tacita: lachrymiſq; abſumitur omnis.
Et quarum fuerat magnum modo numen: in illas
Extenuatur aquas. molliri membra uideres.
Oſſa pati flexus. ungues poſuiſſe rigorẽ.
Primaque de tota tenuiſſima quæque liqueſcunt
Cærulei crines digitiq; & crura pedeſque.
Nam breuis in gelidas membris exilibus undas
Tranſitus eſt. poſt hæc humeri tergũq; latuſq;
Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos.
Deniq; pro uiuo uiciatas ſanguine uenas

Lympha ſubit:reſtatq; nihil quod prendere poſſis.
Interea pauidæ nequicq̃ filia matri
Omnibus eſt terris.omni quæſita profundo.
Illam non udis ueniens aurora capillis
Ceſſantē uidit.non heſperus.illa duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab ætna:
Perq; pruinoſas tulit irrequieta tenebras:
Rurſus ubi alma dies hebetarat ſidera:natam
Solis ab occaſu.ſolis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat:oraque nulli
Colluerant fontes.contectam ſtramine uidit
Forte caſam:paruaſq; fores:pulſauit.at inde
Prodit anus.diuamq; uidet:lymphamq; roganti
Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum:duri puer oris & audax
Conſtitit ante deam.riſit auidamq; uocauit.
Offenſa eſt:neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas:& quæ modo brachia geſſit:
Crura gerit.cauda eſt mutatis addita membris.
Inque breuem formam:ne ſit uis magna nocendi:
Contrahitur:paruaq; minor menſura lacerta eſt
Mirantem flentemq; & tangere monſtra pauentē
Fugit anum:latebraſq; petit:aptumq; colori
Nomen habet uariis ſtellatus corpore guttis.
Quas dea per terras:& quas errauerit undas:
Dicere longa mora eſt.quærenti defuit orbis
Sicaniam repetit:dumq; omnia luſtrat eundo:
Venit & ad Cyanen.ea ni mutata fuiſſet:
Omnia narraſſet:ſed & os & lingua uolenti
Dicere non aderant:nec qua loqueretur habebat.
Signa tamē manifeſta dedit:notamq; parenti
Illo forte loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephones zonam ſummis oſtendit in undis.
Quam ſimul agnouit:tanq̃ tum deniq; raptam
Sciſſet in ornatos laniauit diua capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc ubi ſit.terras tamen increpat omnis:
Ingrataſq; uocat:nec frugum munere dignas.
Trinacriam ante alias:in qua ueſtigia damni
Repperit.ergo illic ſæua uertentia glebas
Fregit aratra manu:parilique irata colonos
Ruricolaſq; boues leto dedit:aruaq; iuſſit
Fallere depoſitum:uitiataq; ſemina fecit.
Fertilitas terræ latum uulgata per orbem

Nihil inq̃t duri de Cyanes corpe fuit relictū: quod quiſq̃ manibus præhēdere poſſit. Interea pauidæ. Ceres,p̄ſerpinā filiā q̃rens cū defeſſa ſiti laboraret:quandā rogauit anū:ut ſibi aquā ad os colluēdū exhiberet. Ea cū muſtū polēta cōmixtū a uetula traditū bibere cœpiſſet: puer audicior & ridere & Cererē Gulæ deditā eē iactare auſus ē. Quare indignata ceres in faciē ipudētis pueri muſtū ſimul & polētā expuit:eūq; i ſtellionem aial uariis maculis infectū cōmutauit. Vdis Capillis. Hūidis.,ppter rorē aūt nocturnū aurora hūidos capillos fingitur habere. Ab ætna. Ab ætnæ icēdio. Hebetarat. Obſcurarat. Flāmiferas pinus. faces q̄ ex pinu optimæ cōficiunť. Ab ætna. ſupra ſubaudiamus. Stramine. palea. Dulce dedit. Nō mulſum:qđ ē ditiorꝫ ſed muſtū quo ruſtici quoq; nō caret puto accipiendū. Teſta. terreo uaſe.p qđ ſignificat poeta uetulā eē iopem admodū fuiſſe. Polēta. Cū p̄poſitio ſubitelligať. polēta uero cibus ē græcis olī tā familiaris q̄ puls Rōanis:uterq; uero cibus ē quo ruſtici p̄cipueq; mōtani utunť. Duri oris. Impudētis. Illi.n. duri eē oris dicūť q ſūt ipudentes. Auidā. guloſam. Epota pte. Epotus mō actiuā. Mō paſſiuā hēt ſignificationē:ut hoc loco. Sic Iuuenalis:Epotaq; flumina medo Prandēte. Cōbibit os maculas. Cōtrahit: Aptūq; colori nomē hēt. Stellio uocať qđ paruis ſtellis iſignitus eē uideať. Eſt aūt puū aial qđ ut iq̃t plinius rore tātum uiuit. A ſtellione uero ſtellionatus crimen a iure cōſultis deduci uideť. ut.n. ſtelliones Varii ſunt & uerſicolores: ita ipoſtores atq; deceptores: ut uilia uideanť ſpecioſa arte q̄dā ac ſimulatione mendaciiſq; efficiūt. Stellatus corpora. Stellatū hñs corpus & guttis in fectū:q̄ ſtellæ uideanť. Quærenti defuit orbis. Nā cū totū p luſtraſſet ceres terrarum orbē ubi q̄reret filiā nihil ei loci reſtabat. quare i ſiciliā eſt reuerſa. Sicaniā. ſiciliā a ſicano rege appellatam. Perſephones zonā. proſerpine cingulum. Quam:enim latini proſerpinam græci perſephonen uocant. Parili leto. ſimili ac pari morte. Aruaq; iuſſit fallere depoſitum. hoc eſt. aruis mandauit: ne ſibi credita ſemina redderent. Depoſitum autem dicitur quicquid apud aliquem cuſtodiæ gratia collocatur. Eſt uero figurata ac poetica locutio Fallere depoſitum. pro eo quod eſt fallere depoſitum. pro eo quod eſt fallere homines non reddendo ſemina credita atq; depoſita. Sparſa iacet. diſperſa marceſcit ac nullo ē in honore:nullumq; fructum hoibus præbet. Segetes. frumenta ſeminata. Eleganter aūt ea oia enumerat q̄bus ſegetes corrumpūtur. Loliū tribuliq; fatigant. Lolium actribuli herbæ ſunt ſegetibus iſeſtæ. Fatigāt. laborioſiores efficiunt. Triticeas meſſes. Triticum. Meſſis autē p̄prie diciť tēpus metendi

Pueri ipudēs i ſtellionem

Polenta

Stellio

Stellionatus crimē

Depoſitū

Lolium
Tribuli

Meſſis

& colligēdi ſtumēti. Et iexpugnabile gramē. Indomabile qđ nulla rōne ita domari pōt: ut nō renaſcatur. grame āt ſpecies ē herbæ fere ubiq; naſcētis q̄uis ſimpliciter, p herba frequēter gramē accipiať. Eleis undis. p ſubterraneas cauernas ab elide olympiæ urbe ueniētibus. Tres āt ſūt urbes hoc noīe. una in ægypto ab eleo Tātali filio cognominata. altera in Arcadia. Tertia in Hiſpania. unde Eleus poſſeſſiuū mō triſyllabū. mō Elieus quadriſyllabū. mō elieius quiqueſyllabū declinať. Alpheias. Arethuſa: q̄ Alphei Elidis fluuii filia eē uidetur. Nā aretuſa: ut pauloante diximus: eadē cū alpheo eē putať. Quæ. n. apud piſam i Alpheū piiciunť. ut ſcribit plinius. eadē in Sicilia ab Arethuſa eiciuntur. unde fabulæ datus eſt locus. Alpheum Elidis fluuium Arethuſæ nymphæ amore captum eam i Siciliá uſq; fuiſſe perſecutū. Rorantes comas. Stilantes capillos. Immenſos ſiſte labores. hoc eſt. imenſis deſiſte laboribus filiæ quærendæ. Eſt autem tráſitiuum, ſiſto: qđ ſignificat firmo ac ſtare facio. Violenta. indignata. Patuit. Se aperuit: ut plutoni una cū rapta proſerpina ad inferos properanti aditū præberet. Piſa mihi patria eſt. Piſa Arcadiæ oppidū iuxta quod Alpheus fluuius labitur unde Piſæus deriuať. Piſæ uero piſarū numero tātum plurali urbs eſt ethruriæ clariſſima: unde Piſanus. Mota loco cur ſim. Arethuſa uenatrix fuit nympha dianæ comes. q̄ cū forte ſe in alpheo fluuio lauaret: ita alpheū i ſui amorē pellexit. ut ipſam retinere conatus ſit. Sed cū i Siciliá uſq; fugiētem Alpheus ſecutus eēt: iploráto Dianæ auxilio i fontē ſui nois fingiť fuiſſe cōuerſa. Quod ideirco: ut diximus: fictū eſt: qđ q̄ iaciūť i Alpheū purgamēta: eiici ab Arethuſa i ſicilia ferē obſeruatū. Sūt āt multæ arethuſæ & urbes & fōtes. Nā & Syriæ & euboeæ eſt arethuſa & Ithacæ fons. Quamq̄ non ignobiles grāmatici græci ſcribāt oēm fontē Arethuſam poſſe uocari ἀπὸ τοῦ ἀρδεύειν. hoc ē ab irrigādo. Aduehar ortygiá. Ortygia duarū iſularū ē nomē: quaꝵ altera ē i ægeo q̄ & delos dř. Altera Siciliæ adiacet de q̄ Verg. libro æneidos tertio Sicano p̄tēta ſinu iacet iſula cōtra Plēmiriū undoſū. nomē dixeř priores, Ortygiá. Alpheū fama ē huc elidis amnē. Occultas egiſſe uias ſubter mař: q nūc Ore Arethuſa tuo ſiculis cōfūdiť undis. Hæ uero duæ iſulæ ab ortygia urbe Aetoliæ ortygiæ fuerūt denominatæ: ut Phanedicus & Nicāder ſcribūť. Nō āt a trāſmutatione Aſteriæ Latōe ſororis i ortyga hoc ē Coturnicē: Delos ortygia fuit appellata ſed qđ oēs ortygiæ colōiæ illius q̄ ē i Aetoliæ fuerūt ideq; nomē accepūt. Leuata libera. Cura. Dolore & ſollicitudie. Opaci mūdi. Vmbroſi. Inferni. Pollens matrona. Potēs uxor. Dolore pulſa graui. pcuſſa. affecta magno dolore. Nubila Triſtis. mœſta. Inuidioſa. Inuidiá Ioui factura. Nata patrē moueat. Proſerpia. n. Iouis ex cerere filia fuit. conatur āt ceres Ioui pſuadere ne patiať filiá a Plutone detineri. Si repire uocas. Ac ſi diceret. hoc eē potius amittere q̄ repire. Quod rapta: feremus. hoc ē. Quod ſit rapta: feremus hoc ē. Quod ſit rapta æquo aio tollerabimus dūmodo eá pluto nobis reddat. Neq;. n. præ

Arethuſa

Sparſa iacet. primis ſegetes moriuntur in herbis.
Et modo ſol nimius. nimius mō corripit hymber
Sideraq; & uenti nocent. auidæq; uolucres
Semina iacta legunt. lolium tribuliq; fatigant
Triticeas meſſes: & inexpugnabile gramen.
Tum caput eleis alpheias extulit undis:
Rorāteſq; comas a fronte remouit ad aures:
Atq; ait. o toto quæſitæ uirginis orbe
Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores:
Ne ue tibi fidæ uiolenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit patuitq; inuita rapinæ.
Nec ſum pro patria ſupplex. huc hoſpita ueni.
Piſa mihi patria eſt: & ab helide ducimus ortus.
Sicaniá peregrina colo. ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo eſt. hos nunc arethuſa penates
Hanc habeo ſedē: quam tu mitiſſima ſerua.
Mota loco cur ſim tantiq; per æquoris undas
Aduehar ortygiá: ueniet narratibus hora
Tempeſtiua meis: cū tu curaq; leuata
Et uultus melioris eris. mihi peruia tellus
Præbet iter: ſubterq; imas ablata cauernas
Hic caput atollo: deſuetaq; ſidera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor:
Viſa tua eſt oculis illic proſerpina noſtris.
Illa quidē triſtis: neq; adhuc interita uultu
Sed regina tamen. ſed opaci maxima mundi.
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit ceu ſaxea uoces:
Attonitæq; diu ſimilis fuit: utq; dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia: curribus auras
Exit in æthereas. ibi toto nubila uultu
Ante iouē ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proq; meo ueni ſupplex tibi iupiter inquit
Sanguine: proq; tuo: ſi nulla eſt gratia matris:
Nata patrem moueat. neu ſit tibi cura precamur
Vilior illius: quod noſtro eſt edita partu.
En quæſita diu tandē mihi nata reperta eſt:
Si reperire uocas amittere certius: aut ſi
Scire ubi ſit reperire uocas. quod rapta feremus:
Dummodo reddat eam. neq; enī prædone marito

done marito. Prædones ꝓprie dicũtur: q̃ in mari latrocinãtur q̃ a græcis piratæ uocant. Tu mõ diua uelis. Illũ nobis eſſe generũ. Vt deſint cætera. Vt fingamus omnia alia Plutoni deeſſe. Nec cedit: niſi ſorte mihi. Nec Pluto inqt potẽtia a quoq̃ ſupatur pterq̃ a me ſolo q mũdi partẽ meliorẽ q̃ ipſe ſortitus ſum. Nã mihi cælũ. inferi illi in mũdi diuiſione optigerunt. Diſſidii. Sepationis ac repudii. Cælũ. aerẽ. Si nullos cõtigit illic Ore cibos. hoc eſt. Si nihil apud inferos comedit. Qui eñi ibi aliqd guſtaſſet: ei illinc reditus nõ datur. Certũ eſt. decretũ ẽ. Ieiũnia ſoluerat. aliqd comederat. Simplex: rerũ impita. Puniceũ pomũ. malũ granatũ. Curua arbore. depſſa pomorũ multitudĩe. pſſerat ore ſuo. Comederat. Aſcalaphus ut hoc loco narrat Ouidius. Achærõtis ex orphne nympha fuit filius: q cũ teſtatus eſſet ꝓſerpinã in Plutonis hortis ſeptẽ grana mali punici cõediſſe: ab ipſa indignata ĩ bubonẽ peſſimi hois ãt fuit cõmutatus. Auernales. infernales. Furuis antris Nigris ſpeluncis. Regina herebi ꝓſerpina ĩferorũ regina. Eſt. n. herebus ĩferni ps. Prophanũ. execrãdũ. Phlegethõtide lympha. Phlegetõtis. a q̃. Eſt. n phlegethõ unus ex inferorũ fluuiis ἀπὸ τοῦ φλεγέθειν hoc ẽ ab ardẽdo cognominatus. Forma ãt patronymica p poſſeſſiua ẽ poſita. Ille ſibi ablatus. hoc eſt. ſua figura ac forma ſpoliatus. Amicit'. ueſtit'. coopitur. Inq; caput creſcit. Illi ĩ caput creſcere dicũtur: quorũ caput q̃ reliqua mẽbra grandius efficitur. Longoſq; reflectit' ungues. Synecgdoche poetica. Si. n eſſet ſoluta orõ longi ungues reflectũtur: dicerẽus. hoc ẽ. reflexi & adũci fiũt. Fœda. Turpis aſpectu. Ignauus bubo. uilis ac imbellis. Bubo ãt nomẽ ẽ fictiũ a uoce auis ipſius dictũ. Hic tñ indicio. Fabulã fabulæ: ut ſolet, elegãter annectit poeta. Nã ſirenes tres fuiſſe dicuntur Acheloi fluuii & calliopes muſæ filiæ ac ꝓſerpinæ comites fidiſſimæ: quã quidẽ cũ & ipſe per totũ orbem terrarũ quæſiſſent. nec uſq̃ ĩ terris eã repirent deos rogarunt: ut alatæ efficerẽt: quo cõmodius ẽt ĩ aquis proſerpinã inquirere poſſent. Quare ita in aues fuere cõuerſæ: ut facies tñ uirginea uoxq; hũana illis remanerẽt. Hæ in freto ſiculo habitantes tã ſuauiter canebãt: ut nautas illac trãſeũtes: aut ad ſe pellicerent: aut ſopitos ſpoliarẽt atq; ſubmergerẽt. Quaꝛ Vlyſſes illac trãſiturus admõitus a circe & ſociorũ aures cera opturauit & ſe ad triremis malũ alligari iuſſit. Illæ uero indignatæ ſe in ma re p̃cipitarunt. Earũ aũt prima Parthenepe. altera leucoſia. tertia Ligia fuit appellata. Acheloides. Acheloi filiæ. achelous uero Calidõiæ fluuius ẽ oceani: ut in theogonia ſcribit Heſiodus: & tethyos filius. Hic ꝓ Dianira cũ Hercule acritet pugnãs tãdẽ fuit ſupatus. achelous q̃dem ut refert Macrobius apud priſcos aqua dicebatur. uñ Verg. libro georgicoꝝ prio Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis. An qa cũ legeret. an particula eſt interrogatiua: qua elegãter utimur in ſoluẽdis quæſtionibus. p qua iperiti aut cõiunctõem reponũt. Alaꝝ remis. alaꝝ remigio & agitatõe. Faciles beĩgnos: ut pote q nobis ea q̃ optabatis: cõceſſerit

Filia digna tua eſt: ſi iam mea filia non eſt.
Iupiter excepit. cõmune eſt pignus onuſq;
Nata mihi tecum. ſed ſi modo nomina rebus
Addere uera placet: non hoc iniuria factum:
Verũ amor eſt. neq; erit nobis gener ille pudori.
Tu modo diua uelis. ut deſint cætera: quantum eſt.
Eſſe iouis fratrẽ? quid? q; non cætera deſunt?
Nec cedit niſi ſorte mihi. ſed tanta cupido
Si tibi diſſidii eſt: repetet proſerpina cælum.
Lege tamen certa. ſi nullos contigit illic
Ore cibos. nam ſic parcarum fœdere cautum eſt
Dixerat. at cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt. quoniam ieiunia uirgo
Soluerat: & cultis dum ſimplex errat in hortis
Puniceum curua decerſperat arbore pomum.
Sumptaq; pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo: ſoluſq; ex omnibus illud
Aſcalaphus uidit: quẽ quondã dicitur Orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Vidit & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina herebi: teſtemq; prophanum
Fecit auem: ſparſumq; caput phlegethõtide lympha
In roſtrum & plumas & grandia lumina uertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur in alis
Inque caput creſcit: longoſq; reflectitur ungues:
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas:
Fœdaq; fit uolucris uenturi nũcia luctus
Ignauus bubo. dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pœnam linguaq; uideri
Commeruiſſe poteſt. uobis acheloides unde
Plũma pedeſq; auiumq;: cũ uirginis ora geratis?
An quia cum legeret flores proſerpina uernos:
In comitum numero mixtæ ſirenes eratis?
Quam poſtq̃ toto fruſtra quæſiſtis in orbe:
Protinus ut ueſtram ſentirent æquora curam
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis facileſq; deos habuiſtis: & artus
Vidiſtis ueſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures:

Aſcala phus in bubonẽ

Sirenes in aues

Arethuſa i fontem

At medius fratriſq; ſui. Iupiter inquit medi° inter plutoné frem & cereré ſororé: ne eo℞ alteri diſpliceret: ex æquo annũ diuiſit ut ſex q́dé menſes proſerpina cũ matre totidéque cũ marito foret. Ex æquo diuidit. in duas æqua es ptes diſtribuit. Duorũ regnorũ: & iferi & ſuperi. Quãdiu. n. eſt cũ matre ꝓſerpina apud ſupos: q̃diu cũ Plutone apud inferos regnare dicit᷑. Vertitur. Cõuertitur ac mutat᷑. Facies figura. Læta deæ frons é. Et cereris & ꝓſerpinæ letá eé frõté accipere poſſumus. Ambæ nãq; e mœſtis ac triſtibus læte atq; hylares ſũt effectæ. De ꝓſerpina tñ ꝑcipue eé intelligédũ q̃ ſubiicit᷑: ſimilitudo apte oñdit. Victis e nubibus. ex diſſolutis nebulis atq; depulſis. Tũc enĩ nubes a ſole uinci dicũtu r: cũ reſoluũtur: atq; expellunt᷑. Exigit. expoſcit. cõcinne aũt ingredit᷑: poeta ad exponendá metamorphoſin Arethuſæ nymphæ in eiuſdẽ nois fõtem.

Arethuſa nãq; ut ipſa cereris filiæ recupatione lætæ rogatu narrat: nympha fuit græca Diãæ cões: q̃ æſtu defatigatá depoſitis ueſtib° nuda i Alpheũ fluuio℞ limpidiſſimũ cũ deſcédiſſet: forte in Alphei flumis ipſius dei amoré icidit. Cũ igit᷑ Alphe° nudá eá pſequeret᷑ iáq; aſſecutur° foret: Dianá ipſa rogauit ut ſibi opé ferret. Diana uero eá curſu laſſam ita nube texit: ut Alpheus qdé ea potiri nõ potuerit. Sed cũ eá ob nimiũ ſudoré i aquá eé cõuerſá aiad uertiſſet: & ipe hũana depoſita figura eá uſq; in ortygiá inſulá Siciliæ adiacẽté p ſub terraneas cauernas é pſecut°. Secura: ſine cura ac ſollicitudine. Sacer fons. Oés fõtes nymphis ſacri eé dicunt᷑. Fluminis elei. Periphraſis é Alphei. In Achaide. In Achaia. Legit ptráſiuit Saltus. ſiluas in qbus feræ ſaliũt. Poſuit caſſes: tetédit retia p q̃ ſignificat ſe uenatricé fuiſſe. Iuuabat. delectabat. Quaq; aliæ gaudere ſolét. Pulchritudinis inqt q̃ aliæ nymphæ ſolét gaudeŕ me pudebat: alicuiq; placere crimé ac flagitiũ eſſe putabã: Stymphalide ſilua. Stymphali° poſſeſſiuũ & ſtymphalis deducitur. Sine uortice. Sine aq̃rũ uertigie. uortex dicit᷑ aqua i ſe cõtorta. Perſpicuas ad humũ. Claras ac limpidas uſq; ad harená. Calcul°. lapillus. Nũerabilis erat. poterat nũerari pp aq̃ pſpicuitaté. Poplite deide ten°. hoc é. uſq; ad genu. Eſt. n. poples gẽu pars poſterior. Labés. natás. Mille modis. Variis modis. Nũerus. n. finitus ꝓ infinito ſæpe a poetis põitur.

Poples

Excuſſa. cõcuſſa. geſtũ át exprimit natátiũ: q & cõcuteŕ & iactare brachia ſolét. Propiori margie. ꝓpinqori ripa. Margo. n. dicit᷑ unicuiuſq; rei extrẽitas. Rauco ore. rauca uoce. q̃le murmur ſolet eſſe fluentiũ aquarũ. Altera ueſtes. Cá eſt cur ſine ueſtib° fugeret. In altera nanq; ripa fuerát relictæ. Et quia nuda fui. Hoc laſciuius quam heroico carmini conueniat dictum eſſe uidetur. Paratior. ad ui patiendam

Margo

Tantaq; dos oris linguæ deperderet uſum;
Virginei uultus & uox humana remanſit.
At medius fratriſq; ſui mœſtæq; ſororis
Iupiter ex æquo uoluenté diuidit annum
Nunc dea regnorum numen commune duorum
Cum matre eſt totidé: totidé cũ cõiuge menſes.
Vertitur extemplo facies & mentis & oris.
Nã modo quæ poterat diti quoq; mœſta uideri
Læta deæ frons eſt. ut ſol qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit: uictis e nubibus exit.
Exigit alma ceres nata ſecura recepta.
Quæ tibi cauſa fugæ: cur ſis arethuſa ſacer fons:
Conticuere undæ: quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput: uirideſq; manu ſiccata capillos
Fluminis alphei ueteres narrauit amores.
Pars ego nympharum: quæ ſunt inachide: dixit
Vna fui. nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit: nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed q̃uis formæ nunq̃ mihi fama petita eſt
Quãuis fortis eram: formoſæ nomé habebam
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
Quaq; aliæ gaudere ſolent: ego ruſtica dote
Corporis erubui: criméq; placere putaui.
Laſſa reuertebar. memini. ſtymphalide ſilua.
Aeſtus erat: magnuſq; labor geminauerat æſtum.
Inuenio ſine uortice aquas. ſine murmure euntes
Perſpicuas ad humum. per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat: quas tu uix ire putares.
Cana ſalicta dabant nutritaq; populus unda
Sponte ſua natas ripis decliuibus umbras.
Acceſſi: primumq; pedis ueſtigia tinxi.
Poplite deinde tenus. neq; eo contéta recingor.
Molliaq; impono ſalici uelamina curuæ.
Nudaq; mergor aquis: quas dum ferioq; trahoq;
Mille modis habés: excuſſaq; brachia iacto:
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur:
Territaq; inſiſto propioris margine fontis:
Quo properas arethuſa: ſuis alpheus ab undis
Quo properas: iterum rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram fugio ſine ueſtibus. altera ueſtes.
Ripa meas habuit. tanto magis inſtat. & ardet.
Et quia nuda fui: ſum uiſa paratior illi.
Sic ego currebam. ſic me ferus ille premebat;

Premebat.urgebat. Vt fugere accipitrē.ſolent ſubintelligaᵗ.eſt.n.hypozeugma. Vſq; ſub orchomenon. Varia enūerat loca:ad q̄ fugiens pueniᵗ arethuſa.Orchomenos aūt urbs ē bœotiæ fōte muſis dicato nobiliſſima.Theſſaliæ quoq; ē & mōs & urbs ac ēt arcadiæ & pōti .Sophidaq;.Sic qdē corruptæ i exēplaribus legiᵗ Pſophida nāq; ab Ouidio ſcriptū fuiſſe facile cōtēderi.Eſt.n.Pſophis uariaꝝ urbiū nomē. Nā & arcadiæ urbs eſt a Pſophide Lycaōis uel ut alii uolūt:Erycis filia denoīata & Arcananiæ & Achaiæ:Vn̄ pſophidius deduciᵗ.Eſt & Lybiæ urbs Pſophis:un̄ pſophites nomē patriū more gētis declinaᵗ.Ars quoq; zacynthioꝝ pſophis uocabaᵗ ut Pauſanias ait. Cyllenen āt & Mœnalō & Erimāthō arcadiæ eē mōtes iā ſæpius dixius. Elim uero eiuſdē arcadiæ urbē ab Eleo Tātali filio appellatā. Sol erat a tergo. expōit arethuſa:qūo cognouerit ſibi alpheū iminere ac ꝓpinquū eē.Sol inqt poſt terga erat: eoq; ante me umbras iaciebat. Niſi ſi timor illa uidebat.Niſi forte inqt pterrita mihi eā umbrā uidere uidebar.Notādū āt ſi cōiunctōem iterdum cū niſi elegāter copulari:q̄uis ſenſui neceſſaria nō uideaᵗ. Videbat uidere faciebat. timore nāq; oculi ſæpenumero decipiūᵗ. Ingens anhelitus.maxius ſpūs. Feſſa labore fugæ.defatigata iqt fugiēdi labore Dianā rogaui ut mihi opitularet. Deprendimur.cōphēdimur.dephēdi.n.ꝓprie dn̄r q mali aliqđ cōmittūt. Armigeræ tuæ.ꝓprie dixit.nā armigeri nō oēs milites dn̄r: ut uulgus putat: ſed qui pricipibus arma gerūt i pugnaq; ſubminiſtrāt. Ferre.ferēdos.uerbū.n.ꝓ participio poſitū ē.Sic Verg.Magnū dat ferre talētū Me ſup iniecit.ἀναστροφή.ꝓpoſitio.n.q̄ præponi debet:poſtpoſita ē. Luſtrat.circūit.Me inqt nube cooptā alpheus q̄rēs circūit. Ignarus.ubi eſſē. An ne ꝙ agnæ.An & ne iterdū quidē a poetis copulanᵗ:ſed frequētius ſepatim ponunᵗ. Qui uepre latēs.occultus i ſpinis.uepres nāq; ſpiæ dn̄r. Nō tn̄ abſcedit alpheus. Occupat obſeſſos. pulchra phātaſia fingit poeta arethuſā in aquā fuiſſe conuerſā. Qui.n.plus equo ſudat:facile i aquā uiᵗ reſolui. In latices.in aquas. Poſito ore.depoſita figura ac forma uirili. Delia Diana una cum apolline i inſula Delo nata. Cæcis cauernis. occultis terræ foraminibus.Hoc āt idcirco fingitur:quia alpheū p ſubt erraneas uias:ut diximus:ad ortygiā uſq; inſulā:ubi arethuſa uocaᵗ:puenire fuit obſeruatū. Aduehor ortygiā.ortygia & Delos diciᵗ qđ in ea primū ortyges fuerit uiſæ:ut qbuſdā placet:& iſula ſiciliæ adiacēs. Cognomie diuæ.Diāæ.nā & Delia & ortygia ab eadē iſula diana cognomiaᵗ.

Hac arethuſa tēus.hactenus iqt arethuſa fuit locuta.Lynci āt ſcythiæ regis metamorphoſin i lynca ferā elegāter cū ſupiore fabula connectit poeta.Ceres.n.recepta filia arethuſaq; audita athēas aduolauit curruq; a dracōibus alatis uectū triptolēo dōauit:quo frumēti uſū & agricłturā mortales doceret.Is igiᵗ cū ad ſcythiā uſq; pueniſſet:a lynco ſcythaꝝ rege hoſpitio ſuſceptus paulū abfuit quin iterficereᵗ.nā lyncus cū aduentus cām pcepiſſet:Triptole- Lyncus in ferā

Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ.
Vt ſolet accipiter trepidas urgere columbas.
Vſq; ſub Orchomenon pſophidaq; Cylleneq;
Mænalioſq; ſinus:gelidumq; erimanthon:& elim
Currere ſuſtinui.nec me uelocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego uiribus impar
Non poteram.longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos & opertos arbore montes
Saxa quoq; & rupes & qua uia nulla:cucurri.
Sol erat a tergo.uidi præcedere longam
Ante pedes umbram:niſi ſi timor illa uidebat.
Sed certe ſonituq; pedum terrebat:& ingens
Crinales uitas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ fer opem.deprendimur.inquam
Armigeræ diana tuæ:cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus:incluſaq; tela pharetra.
Mota dea eſt:ſparſiſq; ferens e nubibus unam
Me ſuper iniecit.luſtrat caligine tectam
Amnis:& ignarus circum caua nubila quærit.
Biſq; locum:quo me dea texerat:inſcius ambit:
Et bis io arethuſa.Io arethuſa uocauit.
Quid mihi tunc animi miſeræ fuit:an ne ꝙ agnæ:
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes:
Aut lepori:qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canum:nullos audet dare corpore motus:
Non tamen abſcedit.neq; enim ueſtigia cernit
Longius ulla pedum.ſeruat nubemq; locumq;.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Cæruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.
Quaq; pedem moui:manat locus:eq; capillis
Ros cadit:& citius q̄ nunc tibi fata renarro:
In latices mutor.ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas:poſitoq; uiri quod ſumpſerat ore
Vertitur in proprias:ut ſe mihi miſceat:undas.
Delia rupit humum:cæciſq; ego merſa cauernis
Aduehor ortygiam:quæ me cognomie diuæ
Grata mihi ſuperas eduxit pria ſub auras.
Hac arethuſa tenus.geminos dea fertilis angues
Curribus admouit:freniſq; coercuit ora:
Et medium cæli terræq; per aera uecta eſt.

mi gloriæ inuidens eū ſōno oppreſſū aggreſſus eſt. Quare Ceres indignata Lyncū in lyncē ferā cōmutauit. Dea fertilis. ceres dea fertilitatis. In urbē tritonida. piphraſis eſt athenaꝶ: quæ ab Athena. hoc ē pallade: q̄ & tritonia & Tritonis dr̄: fuit cognominata. Rudi humo. īcultæ terræ. Scythicas oras. ad ſeptētrionē. Scythæ nāq; populi ſunt ad ſeptētrionem: quos uulgus Tartaros uocat. Qua ueniat. Per q̄ loca & quo mō. Peruius æther. penetrabilis aer. Ferro. enſe p metonymiā. ferrum. n. ex quo cōficitur enſis: p ipſo ponit̄ enſe. Figere. trāſfigere. Lynca. accuſatiuus eſt græcus. Lynx aūt fera ē maculoſa baccho dicata. Mopſopiū iuuenē athenienſē. Attica. n. ēt mopſopia a mopſopo rege fuit appellata. Nā ut Strabo refert: Athenaꝶ urbis uaria noia fuerūt. Nā ab Actæone acticā. ab Attide

pierideſ in picas Cranai filia atthidē & atticā: a quo & inqlini cranai uocant̄. Mopſopiā a mopſopo. Ioniam a filio xuthi Ione. Poſidoniā ſiue Neptuniā a Poſidonæ ſiue neptuno. Athenas ab athena id eſt Minerua denoīatas fuiſſe aiūt. Sacros iugales: dracōes eidē iugo ſubiectos. Finierat doctos. Pieri filiæ nymphaꝶ ſnīa a Calliope muſaꝶ p̄ſtātiſſima ſupatæ cœpunt: & nymphas & muſas ipſas cōuitiis inſectari: quā rē q̄dem ægræ ferētes muſæ eas in picas cōuerterūt: q̄ īgeitā retinuiſſe uidet̄ loq̄citatē. Deas helicōa colētes. Muſas heliconē hitātes. Cōcordi ſono. una oīum ſnīa. Maledcā. cōuitia. cōtūelias. Et nō ē patiētia libera nobis. hoc ē qm̄ has cōtūelias pati nō poſſumus. Ibimus in pœnas. uos pœnis ac ſuppliciis afficiem⁹. Ridēt anipedes. Anipes filiæ. patronymica nāq; eſt forma. Spnūt. cōtēnūt. In tētare. ī nos frequēter ītēdere: qd̄ minātes facere ſolēt. Cōcreſcere. coaleſcere. Accedere. adiici adiungi. Plāgere dūq; uolūt. dū iqt pectora ſua māibus plāgere uellēt: ī aera leuatæ pēdere cœperunt. Nemoꝶ cōuitia. q̄ ī nēoribus cōuitia iactare nō deſiſtūt. Facūdia priſca. loquacitas priſtina. Studiūq; immane. maxima cupiditas.

¶ Raphaelis Regii in ſextum Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

PRæbuerat dictis. Certamina muſaꝶ cū Pieri filiabus cū pallas audiſſet: forte ei ī mētē uenit: qua pœna & ipſa Arachnen lydiā puellā: q̄ ſe palladæ ipſa lanificii pitiorē eſſe cōtēdebat afficere deberet. Sic āt & libꝶ libro: & fabulā fabulæ elegāter poeta cōnectit. Tritōia. pallas a Tritonide palude Libyæ ubi primū ī uirginali habitu apparuit: ut Herodotus l. iiii. narrat: Tritōia fuit cognominata. Vñ aiūt Pallādē Neptuni & Tritonidis paludis fuiſſe filiā, eā āt neſcio qd a p̄re rephēſā dōaſſe ſe Ioui ac Iouē ſibi illā filiā aſciuiſſe. Steſichorus āt prius aſſeruit palladē armatā ex capite Iouis ꝓſiluiſſe. Sane Tritō urbs

Atq; leuem currum Tritonida miſit in urbem
Triptolemo. partim rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo. partim poſt tēpora longa recultæ.
Iam ſuper europen ſublimis & aſida terram
Vectus erat iuuenis: ſcythicaſq; aduertitur oras.
Rex ibi lyncus erat. regis ſubit ille penates.
Qua ueniat: cauſamq; uiæ nomenq; rogatus:
Et patriam. patria eſt claræ mihi dixit athenæ:
Triptolemus nomen. ueni nec puppe per undas:
Nec pede per terras. patuit mihi peruius æther.
Dona fero cereris: latos quæ ſparſa per agros
Frugiferas meſſes: alimentaq; mitia reddant.
Barbarus inuidit: tantiq; ut muneris auctor
Ipſe ſit: hoſpitio recipit: ſomnoq; grauatum
Aggreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca ceres fecit: ruſuſq; per aera iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphæ uiciſſe deas helicona colentes
Concordi dixere ſono: conuitia uictæ
Cum facerent: quoniam dixi certamine uobis
Supplicium meruiſſe parum eſt: maledictaq; culpæ
Additis: & non eſt patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas: & qua uocat ira ſequemur.
Rident Anipedes: ſpernuntq; minātia uerba:
Conatæq; loqui: & magno clamore proteruas.
Intentanre manus: pennas exire per ungues
Aſpexere ſuos: operiri: & brachia plumis.
Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro
Ora uidet: uolucreſq; nouas accedere ſiluis:
Plangere dūq; uolunt: per brachia mota leuatæ
Aere pendebant nemorum conuitia picæ.
Nunc quoq; in alitibus facundia priſca remanſit:
Raucaq; garrulitas ſtudiūq; immane loquendi.

Pu. Ouidii naſonis metamor. Liber Sextus.

PRæbuerat dictis Tritonia talibus aures:
Carminaque aonidum iuſtamq; probauerat iram.
Tum ſecum. laudare parum eſt, laudemur & ipſæ.
Numina nec ſperni ſine pœna noſtra ſinamus.

ẽ & Bœotiæ & Libyæ apud quaꝝ alterã Pallas uidetur nata ut ſcribit argonauticõ enarrator: Vñ & Tritonia & Tritogẽia uocat̃. quis qdã ἀπὸ τοῦ τρεῖν h ẽ a terrẽdo qd aduerſariis terrorẽ icutiat: Tritoniã declinari putẽt Aonidũ. muſaꝝ. Probauerat. laudauerat. Tũ ſecũ. dixit aut locuta eſt ſubaudiat̃. ꝉLaudare paꝝ ẽ. nõ ſatis ẽ inqt alios laudare: niſi & nos laudemur. Mæoniæ. Lydiæ a Mæone Rege. Arachnes. Arachne lydia fuit puella lanificii pitiſſima: q̃ cũ ſe palladi anteferret: eãq; in certamẽ ꝑuocare auſa eſſet: ab ipſa quidẽ in Vetulã cõuerſa admonet̃: ut ab incœpto deſiſtat: ac temeritatis ſuæ ueniã a dea, ſuppliciter petat. Cæteꝝ arachne ea admonitione inſolẽtior facta nullo pacto Mineruæ cedere aĩum ĩduxit. Quare Dea ĩdignata depoſita uetulæ forma & ĩ certamẽ deſcendit & Arachnen ſupatã in araneã commutauit: q̃ priſtinæ artis nõ ĩmemor tenuiſſimas telas nũq̃ cõtexere deſiſtit. Hoc uero ĩ deſcribẽdo certamĩe poeta multas exponit trãſformatões. Nã utraq; telã quã conficit. uariis imaginibus diſtinguit: quas apte poeta deſcribit. Lanificæ artis. lanificii. Colophonius idmõ. Colophon lydiæ urbs eſt apollinis oraculo clara. Phocaico murice. phocaica purpura. Eſt. n. murex piſcis: ex cuius ſãguine purpureus cõficit̃ color. Phocæa ãt & Ioniæ & cariæ urbs eſt a phocis: q̃ Ionicæ cõditores ſecutæ dñr: appellata. Vñ ſoluta diphthõgo phocaicus declinatur. *Arachnes cũ pallade certamẽ*

Aequa. par & æqualis. Paruis hypæpis. Hypæpa lydiæ urbs ẽ mõti adiacẽs. Vñ ẽt nomẽ fuit inditũ: quaſi ἀπὸ ὑποσ. hoc ẽ ſub cacumine & uertice Ea dono ueneris pulcherrias mulieres dĩ ferre. Tymoli. Tmolus q & Tymolus dicitur: mõs eſt Lydiæ uitibus cõſitus.

Pactolides. pactoli Lydiæ fluuii harenis aureis clariſſimi filiæ. Tantus decor. Acclamatio eſt admiratõem artis ſignificans. Subigebat domabat. mollibat. mollia reddebat. Lõgo tract̃u. longa ꝑductione. Lanæ. n. illæ ſic ꝑtrahebãtur: ut nebulæ uideri poſſent. Seu uerſabat. uoluebat. hoc eſt filabat. Scires. ſcire poſſes. Offenſa ĩdignata. Tãta magiſtra quanta eſt pallas. Nihil eſt qd uicta recuſem nulla ẽ inquit pœna: quam ego uicta recuſare ueli. Falſos. ſimulatos. Infirmos artus mẽbra: q̃ infirma eſſe fingebat. Vſus. ꝑitia reꝝ. Recte aũt ſenilem cõmendat ætatẽ: ut maior ſibi fides adhibeatur. Cede deæ. ne cõtẽdas cũ dea. Vixq; manus retinens: a uerberanda dea ſubintelligat̃. Cõfeſſa irã. Præ ſe ferens & oñdens indignatõem. Vultibus. uultus mutatõibus. Obſcurã pallada. ſub figura an' latentẽ. Reſecuta ẽ. ꝓſecuta eſt. ac reſpondit. *Pallas ĩ anum*

Mentis inops. ſtolida ac demẽs. Confecta. exhauſta. euacuata oĩbus & animi & corporis uiribus. Et nimiũ uixiſſe diu nocet. Eã ſignificat delirare. Palladaq; exibuit. ꝓ ſe tulit: ac oñdit ſe palladẽ eẽ. Mygdõideſq; nurus. Mygdõia Macedõiæ ps ẽ. & Phrygiæ a Mygdone cognomiata. e Phrygia uero multæ cõuenerãt mulieres: ut Aragnes opa ſpectarẽt.

Inuita ora. nolebat. n. Arachne pudens uideri. Euanuit, abiit. Cũ primũ aurora mouet̃.

Mæoniæq; animum fatis intendit arachnes:
Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco nec origine gentis
Clara. ſed arte fuit. pater huic colophonius idmõ
Phocaico bibulas tingebat murice lanas:
Occiderat mater: ſed & hæc de plebe ſuoque
Aequa uiro fuerat. lydias tamen illa per urbes
Quæſierat ſtudio nomen memorabile: quamuis
Orta domo parua paruis habitabat hypæpis.
Huius ut aſpicerent opus admirabile ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ uineta tymoli.
Deſeruere ſuas nymphæ pactolides undas.
Nec factas ſolum ueſtes ſpectare iuuabat.
Tunc quoq; cum fierent. tantus decor affuit arti.
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes.
Seu digitis ſubigebat opus. repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu.
Siue leui teretem uerſabat pollice fuſum.
Seu pingebat acu. ſcires a pallade doctam.
Quod tamen ipſa negat: tantaq; offenſa magiſtra
Certet ait mecum. nihil eſt quod uicta recuſem.
Pallas anum ſimulat falſoſq; in tempora canos
Addit: & infirmos baculo quoq; ſuſtinet artus.
Tunc ſic orſa loqui. non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet. ſeris uenit uſus ab annis:
Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Cede deæ. ueniamq; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga. ueniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis: incœptaq; fila reliquit:
Vixq; manus retinens: confeſſaq; uultibus iram
Talibus obſcuram reſecuta eſt pallada dictis.
Mentis inops longaq; uenis confecta ſenecta.
Et nimium uixiſſe diu nocet. audiat iſtas:
Si qua tibi nurus eſt. ſiqua eſt tibi filia uoces.
Conſilii ſatis eſt in me mihi. ne ue monendo
Profeciſſe putes: eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa uenit: cur hæc certamina uitat:
Tunc dea uenit ait: formamq; remouit anilem.
Palladaq; exhibuit: uenerantur numina nymphæ

qñ primū aurora incipit oriri. Candeſcere.candidus fieri. Perſtat in incœpto.ꝑſeuerat in incœpta ꝑtinacia:ut cum pallade cōtendat. Stolidæ palmæ.ipſa ſtolida.eſt.n.hypallage. In ſua fata.in finē ſibi fatoꝝ lege ſtatutū.

Sub tegmen.i.qd ſtamini inſeritur:qd etiam trama uocatur. Gracili ſtamine.tenui ſubtili. Secernit.ſeparat. Radiis acutis.radius inſtrumentū eſt:quos textores ſubtegmē in ſerūt ſtamini. Eleganter aūt oīa deſcribit poeta q̄cūq; in conficienda tela fieri ſolēt. Expediunt.aptant.accōmodāt. Cinctæq; ad pectora ueſtes.morem textricum exprimit ad pectus.n.uſq; ueſtes ſubducūt. Studio.uincendi cupiditate. Illic & tyriū.purpura iquit tyria nobiliſſima intexit᷑. Nā tyrus phœniciæ inſula ē.a tyro phœnicis filio appellata ubi olī ꝑcioſiſſima purpura fiebat. Et tenueſ umbræ.ex uariis coloribus umbræ cōficiunt᷑: quo imagies extare uideant᷑ qd ī pingēdo difficillimū eſſe putat᷑. Ab ībre.poſt pluuiā.hac aūt ſimilitudine oñdit᷑ q̄ uariis telæ illæ coloribus diſtinctæ forēt. Solibus.ſolis radiis. Arcus.iris. Longū cælū.longā aeris partē. Trāſitus.unius inqt coloris ad aliū trāſitus oculos decipit.q̄a cū ſint diuerſi: iidē tn̄ eē uident᷑. Vſq; adeo.qd tāgit idē eſt.in tn̄ īquit is qui alii cōiūgit᷑ color ſimilis ei ē: ut idē eſſe uideatur:cū tn̄ diſtet & differat. Eſt aūt acclamatio artificis cōtinens admiratōem. Lentū aurū.flexibile. Vetus argumētū.antiqua fabula. Deducit᷑.effingit᷑.ꝓprie āt deduci & fila & carmina dn̄r & q̄cqd in lōgū ꝓtrahit᷑. Cecropia arce.athenieſi.a Cecrope athenaꝝ Rege. Scopulū mauortis.Ariopagū dicit:qui martis uilla iterptat᷑.ἀρειοσ nāq; marti⁹.πάγοσ uilla dr̄. Eſt āt athenis ꝓmōtoriū idcirco a marte cognominatū:qđ Halirrhothiū Neptuni filiū eo ī loco iterfecit pp Alcippen eius filiā:ut philochorus ſcribit in ſecūdo de attica libro. Telā aūt palladis primū deſcribit poeta in cuius initio & Ariopagus erat depictus & dii iudices erāt effictiq īn̄tiis ſuis deciderēt. Vtꝝ Pallas an neptunus urbi illic cōditæ nomē īponere deberet. De hoc.n.cōtendebat᷑. Dii aūt ſic ſtatuerunt ut q rē humano generi cōmodiorē īueniſſet is urbi nomē īponeret. Cū igit᷑ Neptunus tridēte ꝑcuſſiſſet terram: equus exiliuit. Pallas uero haſtæ cuſpide terra ꝑcuſſa oliuā in lucē eduxit:q mortalib⁹ cōmodior iudicata palladē uictricē effecit. Auguſta grauitate.ſacra maieſtate.auguſtū.n.dr̄ augurio cōſecratū. Sua quēq; deoꝝ inſcribit facies.hoc ē unuſquiſq; ꝓpria effingit᷑ figura

palladis tela

Stare deū pelagi.neptunū inqt ſtantē pingit. Feꝝ.equū. Vindicet.ſuā ac ꝓpriā eſſe affirmet. At ſibi dat clypeū.pallas ita ſeipſā ī tela effingit:ut & Clypeo & haſta & galea armata uideatur. Sic.n.Mineruæ ſimulacꝝ athenis erat effigiatum ut pauſanias ſcribit. Aegide.ægis munimentum eſt pectoris mineruæ cum capite Meduſæ:quo in bello potiſſimum utitur. Edere.emittere. Cum baccis. baccæ fructus proprie dicuntur oliuæ & ſimilium arboꝝ:qui & exigui ſunt.& rari:ac a ſe inuicē ſeparati naſcuntur. Canētis.quæ cana ac ſub alba uidetur. Eam aūt oliuam quæ ex ictu haſtæ palladi uictoriam peperit arſiſſe aiunt:ut pauſanias narrat:cum medorum incendio athenæ conflagrarunt: exuſtamq; eodem die in duorum cubitorum proceritatem germinaſſe.

Aegis

Baccę

Mygdonideſq; nurus.ſola eſt interrita uirgo.
Sed tamen erubuit:ſubituſq; inuita notauit
Ora rubor:rurſuſq; euanuit:ut ſolet aer
Purpureus fieri:cum primum aurora mouetur:
Et breue poſt tempus cādeſcere ſolis ab ortu.
Perſtat in incœpto:ſtolidæq; cupidine palmæ.
In ſua fata ruit.neque enim Ioue nata recuſat:
Nec monet ulterius:nec iam certamina differt.
Haud mora.conſiſtunt diuerſis partibus ambæ:
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt.ſtamen ſecernit harundo.
Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis:
Quod digiti expediunt:atq; inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraq; feſtinat:cinctæque ad pectora ueſtes:
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborem.
Illic & tyrium quæ purpra ſenſit ahenum
Texitur:& tenues parui diſcriminis umbræ.
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum
In quo diuerſi niteant cum mille colores:
Trāſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:
Vſq; adeo quod tangit idem eſt.tamen ultima diſtant.
Illic & lentum filis immittitur aurum.
Et uetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia pallas ſcopulum mauortis in arce
Pingit:& antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent.ſua quēq; deorum
Inſcribit facies.iouis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi:longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit:medioq; e uulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum:quo pignore uindicet urbem.
At ſibi dat clypeum.dat acutæ cuſpidis haſtam:
Dat galeam capiti.defenditur ægide pectus.
Percuſſamq; ſua ſimulat de cuſpide terram

Vt tñ exemplis. quis inquit uictoria palladis operi finē impoſuerit: adiecit tñ in quatuor telæ angulis exempla quorūdā in deos impioꝝ: ex qbus facile cognoſcere poſſet arachne: quam pœnā & ipſa expectare deberet. Breuibus ſigilis paruis ſignis. Threiciā rhodopen. hæmus ut hinc colligere poſſumus: Rex fuit Thraciæ potētiſſimus: q rhodopen duxit uxorē: qui in tātā arrogātiā elati ſūt. ut Hemus ſe eſſe Iouē. Rhodope uero iunonem ꝑdicarent: ac ut deos adorari iuberent: qua inſolētia iupiter indignatus in mōtes eos cōmutauit. Sūmoꝝ deoꝝ. iouis & iunonis. Altera pygmææ. i ſecūdo inqt telæ angulo depicta erat mutatio pygmææ mulieris ingruē: q ſe ut pulchriorē iunoni anteferre auſa foret. Fatū miſerabile. ſortē miſerabilē. Pygmææ mřis. pygmææ mulieris. pygmei nāq; ſūt populi: ut ſcribit Pli. mōtana indiæ icolētes: quoꝝ lōgiſſimi pedes duos nō excedūt. Hi aſſiduò cū gruibus bellū gerere dñr. Suis pygmæis. a qbus ipſa originē ducebat. Pinxit & antigonē. antigōe Laomedontis filia fuit formoſiſſima: quæ cū ſe iunone pulchriorē eſſe iactaret: ab ea in ciconiā fuit conuerſa. ad qđ alludere uidetur Vergilius i primo æneí. cum inquit. Spretæq; iniuria formæ. Qui ſupeſt ſolus cynarā. cynara aſyrioꝝ rex filias hūit pulcherrimas: q ſe iunoni ꝑferre auſæ fuerūt. quare idignata iuno eas in gradus tēpli ſui cōmutauit ac prem gradus ipſos ꝓ filiaꝝ corpibus amplectentē itidē i ſaxū cōmutauit. Orbū. liberis priuatū. Iacēs. adhærens. Pacalibus paciferis ac pacē ſignificātibus. Modus. finis. Sua arbore. oliua. Mæonis eluſā. fabulas in arachnes tela depictas exequitur poeta celebres quidē ac nondū expoſitas copioſius. ignobiles uero ac minus celebratas paucis attingens.

Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.  
Mirariq; deos. operis uictoria finis.  
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis.  
Quod prætiū ſperet pro tam furialibus auſis:  
Quattuor in partes certamina quattuor addit:  
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.  
Threiciā rhodopē hēt angulus unus: & hæmū  
Nūc gelidos mōtes: mortalia corpora quōdā:  
Numina ſummoꝝ ſibi qui tribuere deorum  
Altera pygmææ fatum miſerabile matris  
Pars habet. hanc iuno iuſſit certamine uictam  
Eſſe gruem: populiſq; ſuis indicere bellum.  
Pinxit & antigonē auſam contendere quondā  
Cum magni conſorte iouis: quam regia iuno  
In uolucrem uertit: nec profuit ilion illi  
Laomedonue pater: ſuptis quin cādida pennis  
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.  
Qui ſupeſt ſolus Cynarā hēt angulus orbum.  
Iſq; gradus templi natarum membra ſuarum  
Amplectens ſaxoq; iacens lachrymare uidetur  
Circuit extremas oleis pacalibus oras.  
Is modus eſt: operiſq; ſua facit arbore finem.  
Mæonis eluſam deſignat imagine tauri  
Europam. uerum taurum. freta uera putares.  
Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas:  
Et comites clamare ſuas: tactumq; uereri  
Aſſilientis aquæ: timidaſq; recōdere plantas:  
Fecit & aſterien aquila luctante teneri.  
Fecit olorinis ledam recubare ſub alis.  
Addidit ut ſatyri cælatus imagine pulchra  
Iupiter implerit gemino Nycteida fœtu:  
Amphitryon fuerit cum te tirinthia cepit.  
Aureus ut Danaen: aſopida luxerit ignis.  
Memnoſynē paſtor: uariuſq; deolida ſerpens:

Mæonis. arachne mæonia ſiue Lydia. Europe uero raptus in. ii. uolumie fuit a poeta pleniſſime expoſitus. Iupiter aūt idcirco in tauꝝ cōuerſus europam rapuiſſe fingit: qđ nauis q eſt in cretā uecta picto tauro fuit iſignita. Timidas recōdere plantas hypallage poetæ familiaris. Europa. n. timida uidebatur retrahere pedes ab aquæ tactu. Fecit & aſterien. Aſterie fuit Cei titanis: filia: ac Latonæ ſoror: quā iupiter tā ardēter amauit ut eā in coturnicē uerſam p aquilā rapuiſſe dicat. Fecit olorinis. iupiter Ledæ amore captus in cygnū mutatus ea potitus eſt: q ouū dr pepiſſe: ex quo caſtor pollux & Helena orti eſſe fingunt. De Ledæ aūt patria & parentibus uariæ ſunt antiquoꝝ opiniones. Ibycus nanq; pleuroniā. Hellanicus aūt Calydoniā illā fuiſſe ait. Theſpii uero filiā fuiſſe pleriq; aiūt ex androdice. Eumelus āt ex Glauco Siſyphi filio & pantidyia natam eſſe ſcribit narrās Glaucū poſt equas amiſſas lacedæmōa pueniſſe. ibiq; rē cū pantidyia habuiſſe. q poſtea Theſpio nupſerit. Sicq; Ledā q Glauci fuerit i Theſpii exiſtimatā appellatāq; fuiſſe. Pherecides uero ex laophōte pleuronii filia Ledā & althæam a Theſpio ſuſceptas fuiſſe ait. pollucē qdē ex Ioue. Caſtorē aūt ex Tyndaro generatos ferūt. Olorinis. cygneis. nā olor eſt: quē græci ac iā latini quoq; cygnū appellāt. Addidit ut ſatyri cælatus imagine pulchra. iupiter in ſatyꝝ conuerſus Antiopā Nyctei filiā cōpreſſit: q geminos amphionē & zethū fingit pepiſſe. Antiope uero: ſic a ioue corrupta Nyctei patris minas timens Sycionem ad Epopeum confugit: Vbi cum amphionē & Zethū pepiſſet. Illos in cithœrone expoſuit cuidamq; paſtori cōmendauit. Nycteus aūt pp filiæ audaciā dolore affectus interiit cum prius Lycū fratem oraſſet ne filiam negligeret: Veꝝ Sicyonem profectus illius miſeretur. Lycus igitur & urbem expugnat & Epopeum interficit & Antiopam Captiuam Dircæ uxori ſuæ tradit cuſtodiendam. Hæc autē fugit captaq;

Pygmæi

Rhodōpe & hemus in montes

Pygmea in gruem

Antigone i ciconiam

Cynare filiæ in ſaxa

Arachnes tela

Varie Iouis metamor.

iteꝝ ſuis ipſius filiis Amphioni & Zetho tradit᷑:quibus paſtor q̃ facta erant:oĩa aperit.Ipſi uero Antiopen q͂dẽ conſeruant.Dircen uero fero tauro alligãtes diſcerpſerũt.Ac Lycum accerſentes tanq̃ Antiopen tradituri intetimere uolebãt.niſi a mercurio ꝓhibiti fuiſſent:qui quidẽ ipſũ Amphioni & Zetho regno cedere iuſſit. Amphitryõ fuerit.iupiter Alcmenæ amore captus:in amphitryonẽ illius maritũ cõuerſus cũ ea cõcubuit:Herculẽq; ex eo cõcubitu ſuſcepit.Amphitryõ aũt Alcæi thebani filius fuit:q Alcmenã Electrionis filiã uxorẽ duxit. Tirynthia.Alcmena:a tirynthe urbe dicta.nã tyrus urbs eſt peloponneſi:a tirynthe Hali filia: q̃ amphitryõis fuit ſoror.uñ etiam Hercules tirynthius appellat᷑. Aureus ut Danaen. Danae acriſi argiuoꝝ Regis filia a Ioue in aureas guttas mutato cõpreſſa Perſeũ genuiſſe in quarto narrat᷑.Hoc aũt fingitur:qđ Danaen uiolaturus iupiter aureos nũmos largiter in ſinum eius infudit.Hæc ut ſcribit Lactãtius:merces

Variæ Neptuni metamorphoſeis

ſtupri fuit. Aſopida luſerit ignis.æginã aſopi filiã. nã iupiter in ignẽ cõuerſus æginã aſopi fluuii filiã cõpſſit:exq; ea æacũ ſuſcepit. Vari⁹ Deolida ſerpẽs Deoꝰ nympha a Ioue ĩ ſerpẽtẽ cõuerſo fuit uitiata. Te quoq; mutatũ.neptuni uarias deſcribit transfigurationes.nã modo in iuuencũ : mõ in Enipeũ fluuiũ:mõ in arietem:mõ in equum mõ in delphinem cõuerſus fuiſſe narrat᷑.Aeolia.æoli filia. Quæ uero hæc æolia uirgo fuerit.nõ memini me legiſſe

Apollinis metamor.

Enipeus fluuius eſt Theſſaliæ enipeus : in quẽ mutatus Neptunus Tyro Salmõei filiã circa fluuiũ ſpatiantẽ rapuit:ex eaq; ſuſcepit Peliã & Neleum.

Gignis & aloidas.neptunus in eundẽ fluuiũ cõuerſus.Iphimediã aloei uxorẽ cõpreſſit:ex qua nati ſunt Othus & ephialtes:qui aloidæ a poetis uocantur.Vergilius in ſexto.Hic & aloidas geminos

Bachus ĩ uuam m.

immania uidi Corpora qui manibus magnum reſcindere cælũ Aggreſſi:ſupiſq; iouem detrudere regnis. Aries biſalpida ſallis.Neptunus ĩ arietẽ trãſfiguratus biſalpidẽ uitiauit:de qua nil memini me

Saturnus in equum

alibi legiſſe. Et te flaua comas.neptunus in equũ mutatus cũ Cerere & meduſa cõcubuit. Frugũ mitiſſima mr̃.piphraſis eſt cereris. Crinita colubris.ꝑ crinib⁹ colubros ac ſerpẽtes hñs. Mr̃ eq uolucris.Meduſa mr̃ pegaſi eq alati. Sẽſit delphia me

Arachne ĩ araneam

lãtho.ꝑtei uatis filia fuit melãtho:q̃ cũ ĩ delphĩe eqtãtẽ uidiſſet Neptũus ĩ delphinẽ mutatus ĩ amorẽ ſuum pellexit. Eſt illic agreſtis imagine phœbus. Apollo diuinitate priuatus pp ĩterfectos cyclopas Admeti regis Theſſaliæ armẽta pauiſſe fingitur.

Vtq; mõ accipitris pẽnas.apollo interdũ in accipitrem:interdũ in leonẽ ſe cõmutaſſe ĩ arachnes tela uidebatur.Macareida iſſen.Macarei filiã.q̃ apollo ĩ paſtorali habitu uitiauit. Vt ſa.e.ſaturn⁹ cũ phylira oceãi filia cõcũbẽs:uerit⁹ ne opis uxoris aduẽtu dꝓhẽderet᷑ ĩ equũ ſe cõmutauit:ſicq; cẽtauꝝ gẽuit chironẽ.Vñ Ver.li.geor.iii.Talis & ipſe iubã ceruice effudit equina Coniugis aduentu pernix ſaturnus & altum Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Niobe in marmor.

Tenui limbo.ſubtilia faſcia. Flaua uirago. pallas formoſa. Cæ.cri.deoꝝ flagitia.h̃ ãt ꝑtextu pallas ueſtes illas merito dilaceraſſe uĩ. De mõ.cy. Cytor' mõs ẽ paphlagõiæ buxis abũdãs.q̃q̃ Cytheriaco corruptæ fere legat᷑. Ter q̃.ſæpi⁹. Id.idmõis filiæ.poſſeſſiuũ .n.ꝑ ꝓnonymico ẽ poſitũ. Lex.ea.pœ.Eadẽ iqt pœna ẽt poſteri tui afficiat᷑. Dicta eſto.ſic ſtatuta. He.her.Ab Hecate Medeæ mr̃e iuẽtæ.q̃ pria uenenoſas herbas iueniſſe narrat᷑:illiſq; Perſeũ prẽm peremiſſe.hecate ẽt ꝓſerpina dr̃ & lũa & diana.q̃nã uero hecates ſit herba:nõ mẽini me legiſſe.Cæteꝝ ueneficiis apta eẽ uĩ. Triſti.noxio Exiles.tẽues.ſubtiles. Ly.to.fre.hæc iõ a ꝑoeta ĩferunt᷑:ut cõmodi⁹ Niobes mutatõem ĩ ſaxũ cũ ſupiore fabula cõiñgat.Niobe nãq; Tantali filia cũ ex amphiõe marito ſeptẽ filios:ac totidẽ filias gẽuiſſet ſe poti⁹ q̃ Latonã uenerãdã eẽ cõtẽdebat:ꝓhibebatq; ne qs ĩ ſuo regno Latõæ ſacrificare auderet.Quare ĩdignata Latõa apollinẽ ac dianã rogauit:ne ſe tãta iiuria affici pateret᷑.Sũptis igit᷑ arcub⁹:& ſagittis ad unũ oẽs primũ Niobes filios ĩteremuerũt:qđ qdẽ ãphiõ cũ ferre ñ poſſet:ſeipſũ ĩterfecit.Niobe uero morte filioꝝ ĩdignata cũ diis male dixiſſet & ĩ

Te quoq; mutatum toruo neptune iuuenco
Virgine in æolia poſuit:ut uiſus enipeus
Gignis & Aloidas.aries Biſalpida fallis.
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equũ.te ſenſit equum crinita colubris
Mater equi uolucris:ſenſit delphina Melãtho.
Omnibus his faciemq; ſuam faciemq; locoꝝ
Reddidit.eſt illic agreſtis imagine phœbus.
Vtq; mõ accipitris pennas.mõ terga leonis
Geſſerit.ut paſtor macareida luſerit iſſen.
Liber ut erigonem falſa deceperit uua.
Vt ſaturnus equo geminum chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud pallas,non illud carpere liuor
Poſſit opus doluit ſucceſſu flaua uirago.
Et rupit pictas cæleſtia crimina ueſtes.
Vtq; cythoriaco radium de monte tenebat:
Ter quater Idmoniæ frõtem ꝑcuſſit arachnes:
Non tulit infelix:laqueoq; animoſa ligauit
Guttura.pendentẽ pallas miſerata leuauit.
Atq; ita.uiue quidem.pẽde tñ improba:dixit:
Lexq; eadem pœnæ:ne ſis ſecura futuri:
Dicta tuo generi ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis hecateidos herbæ
Sparſit:& extemplo triſti medicamine tactæ
Defluxere comæ:cum quis & naris & aures.
Fitq; caput minimum:totoq; ẽ corpore parua.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cætera uenter habet:de quo tamẽ illa remittit
Stamen:& antiquas exercet aranea telas.
Lydia tota fremit.phrygiæq; per oppida facti
Rumor it & magnũ ſermõibus occupat orbẽ.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam:

Tunc cum mæoniam uirgo ſipylumq; colebat.
Nec tamen admonita eſt pœna popularis arachnes
Cedere cælitibus uerbiſq; minoribus uti.
Multa dabant animos.ſed enim nec coniugis arces:
Nec genus amborum magniq; potentia regni
Sic placuere illi.quanuis ea cuncta placerent:
Vt ſua progenies.& feliciſſima matrum
Dicta foret niobe:ſi non ſibi uiſa fuiſſet.
Nam ſata Tireſia uenturi præſcia manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias.iſmenides ire frequentes:
Et date latonæ latonigeniſq; duobus
Cum prece thura pia:lauroq; innectite crinem.
Ore meo latona iubet.paretur.& omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant:
Thuraq; dant ſanctis & uerba precantia flammis.
Ecce uenit comitum niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto phrygiis ſpectabilis auro:
Et quantum ira ſinit:formoſa: moueſq; decoro
Cum capite immiſſos humeꝶ per utrunq; capillos:
Conſtitit:utq; oculos circumtulit alta ſuperbos.
Quis furor auditos inquit præponere uiſis
Cæleſtes:aut cur colitur latona per aras:
Numē adhuc ſine thure meũ ē. mihi tātalus auctor:
Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas.
Pleiadum ſoror eſt genitrix mea.maximus atlas
Eſt auus:æthereum qui fert ceruicibus axem.
Iupiter alter auus.ſocero quoq; glorior illo.
Me gentes metuunt phrygiæ.me regia Cadmi
Sub domina eſt:fidibuſq; mei commiſſa mariti
Mœnia cum populis a me uiroq; reguntur.
In quancunq; domus aduerti lumina partem:
Immenſæ ſpectantur opes.accedit eodem
Digna dea facies.huc natas adiice ſeptem.
Et totidem iuuenes:& mox generoſq; nuruſq;:
Quærite nunc habeat quā noſtra ſuperbia cauſam:
Quoq; modo audetis genitam titanida Cæo
Latonam præferre mihi:cui maxima quondā
Exiguam ſedem pariturę terra negauit:
Nec cælo.nec humo.nec aquis dea uīa recepta eſt.
Exul erat mundi:donec miſerata uagantem
Hoſpita tu terris erras.ego dixit in undis:
Inſtabilemq; locum delos dedit.illa duorum
Facta parens:uteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum felix.quis enim neget hoc:felixq; manebo.

lias ſagittis cōfectas uidit:& ipſa in ſaxũ:q ēt
nũ lachrymaſ ui fuit cōmutata. Sipylũq; co
lebat.ſipylus urbs ē phrygiæ.Vñ originē nio
be traxit. Popularis.nō plebeiæ:ſed q̄ de illi
us populo fuerat. Minoribus.hũanioribus.
Multa dabāt aīos.multa inqt illā reddebāt
ſupbā. Nec cōiugis arces. Amphion mari/
tus Niobes rex thebaꝶ fuit: cuius urbis mu/
ros arceſq; ædificaſſe fertur. Māto filia fuit
Tyreſiæ uatis paterne artis peritiſſima: a
qua Mantua urbs fuit appellata. Iſmeni/
des.thebāæ mulieres:ab iſmēo fluuio dictæ.
Latonigēis duobus.apollini & diāæ. Lau/
roq; iniectite crinem.caput lauro coronate.
Ore meo latōa iubet. ac ſi diceret.ore meo
latōa loqt:hoc quoq; uobis mādat. Alta.ela
ta. Quis furor auditos.oro indignatōis ple
na Niobe decēter attribuit:ut quæ adeo erat
felicirate elata: ut ſe Latonæ auderet ꝑferre.
Auditos cæleſtes.auditos deos. Viſis diis.
quos quotidie uidetis.Certior.n. aure arbi/
ter eſt oculus.nimiũ āt ſupbe ſe quoq; deā eē
ac maritũ deũ niobe ait. Mihi tātal⁹ auctor.
pr̄.Niobe.n.tātali filia fuit. Pleiadũ ſoror eſt
genitrix mea.Niobes mr̄ taygeta fuit una ex
pleiadibus atlātis filiabus. Iupiter alter au⁹.
paternus.nā tātalus iouis fuit filius ex antio/
pa. Fidibuſq; mei cōmiſſa mariti. amphion
tm̄ muſica ualuiſſe narrat & cithara: ut ſaxa
illũ ſequerentur qbus oib⁹ prius thebas una
cũ zetho fr̄e mũiuit.ut Hōerus quoq; ſcribit.
Pherecydes uero ēt cām aſſignat qua moti
Amphiō & zethus muro Thebas cinxerint.
Phlegyas.n.hoſtes regnāti Cadmo timebāt.
Quid āt ſaxa amphiōis lyrā ſpōte ſint ſecuta
narrat ēt Antimenidas ac lyrā amphiōi a mu
ſis dono datā.Diſcorides ab Apollīe Phereci
des a Muſis traditā fuiſſe ait. Cōmiſſa cōpo
ſita.cōſtructa. Aduerti.cōuerti. Accedit eo
dē.ad idē adiũgit. Genitā titanida Cæo.La
tōa filia fuit Cæi Gigātis: q̄ a ioue compreſſa
apollinē ſimul & dianā cōcepit. qd qdē adeo
ægre tuliſſe Iũo dr̄ ut pythonē immiſerit ſerpē
tē:q eā p totũ terraꝶ orbē iſectaretur:nec uſq̄
parere pmitteret.Fugiens igit Latōa ab aſte
rie ſorore:q̄ & ipſa a ioue amata primũ i orty
ga.hoc ē i coturnicē.deinde i ſcopulũ mobilē
atq; iſtabilē fuit cōuerſa: ſuſcepta ſtati apolli/
nē ſimul & Dianā pepit:qui & pythonē ſerpē
tē ſagittis cōfixerũt.& iſulā i qua nati erāt: im
mobilē reddiderũt:q̄ quidē poſtea delos fuit
appellata:qd cũ diu ſub aquis latuiſſet:tandē
appatuiſſet ſeq; oſtendiſſet Δῆλος nāq; ma
nifeſtus interpræta. Titanida.neptē titanũ:
a qb⁹ gigātes originē traxere. Maxima quō
dā exiguā.ātitheton.hoc ē cōtrariũ. Maxima
.n.exguæ oppōit ira autē iunonis nuſq̄ i tota
terra locum inuenit latona:ubi parere poſſet

Mantua

Hoc quoqꝫ quis dubitat?tutã me copia fecit:
Maior ſum q̃ cui poſſit fortuna nocere.
Multaqꝫ ut eripiat:multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metũ mea iã bona.fingite demi
Huic aliquid populo natoꝶ poſſe meoꝶ.
Non tamen ad numeꝶ religar ſpoliata duoꝶ.
Ite ſacris propere ſacris:laurũqꝫ capillis
Ponite.deponunt:& ſacra infecta relinquunt:
Quodqꝫ licet:tacito uenerantur murmure numen
Latonæ turba quantum diſtabat ab orba:
Indignata dea eſt:ſũmoqꝫ in uertice cynthi
Talibus eſt dictis gemina cũ prole locuta
En ego ueſtra parens:uobis animoſa creatis:
Et niſi iunoni nulli ceſſura deaꝶ:
An dea ſim dubitor:perqꝫ omnia ſæcula cultis
Arceor:o nati niſi uos ſuccurritis:aris.
Nec dolor hic ſolus.diro conuitia facto
Tantalis adiecit:uoſqꝫ eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:& me quod in ipſam recidet orbam
Dixit:& exhibuit linguã ſcelerata paternã.
Deiectura preces erat his latona relatis.
Deſine phœbus ait.pœnæ mora longa querela eſt.
Dixit idẽ phœbe:celeriqꝫ per aera lapſu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcẽ
Planus erat lateqꝫ patens prope mœnia campus
Aſſiduis pulſatus equis:ubi turba rotaꝶ
Duraqꝫ mollierat ſubiectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptẽ genitis amphione fortes
Conſcẽdunt in equos:tyrioqꝫ rubẽtia ſucco
Terga p̃munt auro grauidis moderantur habenis:
Equibus Iſmenos:qui matri ſarcina quondã
Prima ſuæ fuerat:dũ certũ flectit in orbẽ
Quadrupedis curſu ſpumantiaqꝫ ora coercet
Hei mihi conclamat:medioqꝫ in pectore fixa
Tela gerit.freniſqꝫ manu moriẽte remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Fræna dabat ſipylus:ueluti cũ præſcius imbres
Nube fugit uiſa:pẽdẽtiaqꝫ undiqꝫ rector
Carbaſa deducit:ne qua leuis effluat aura
Fræna tamẽ dantẽ non euitabile telum
Conſequitur:ſummaqꝫ tremẽs ceruice ſagitta
Hæſit:& extabat nudum de gutture ferꝶ:
Ille ut erat pronus p crura admiſſa iubaſqꝫ
Voluitur:& calido tellurem ſanguine fœdat:

Dea ueſtra.cum quodam contemptu hæc a Niobe dicuntur. Exul erat mundi:a toto exulabat mundo. Inſtabilemqꝫ locum delos dedit. Delos:ut dixi.q̃ & ortygia fuit appellata:idcirco inſtabilis fuiſſe dr̃: qđ crebro terremotibus quateret̃ donec oraculo admoniti illic cadauera deſierunt ſepelire. Ite ſacris.diſcedite a ſacris execrãdis.ut Verg.Auri ſacra fames. Infecta.non facta.non finita. Quodqꝫ licet.quod poſſunt ẽt Niobe ꝓhibente. Turba quantũ diſtabat ab orba.Latona inquit tã eſt indignata turba filioꝶ Niobes:q̃ ipſa ab orbitate aberat:p quod ſignificatur uehementer indignatã fuiſſe. A turba orba.A multitudine mulieꝶ liberis carentiũ. Orbus.n.dicitur aliqua re cara priuatus. Vñ & oculis & filiis priuati orbi uocantur. Cynthi.Cynthus mõs eſt Deli. Vñ & apollo cynthius & diana cynthia uocant̃. En ego ucſa parẽs.hac oꝛone Latona apollinem ſimul & Dianam incendit ad ulciſcendã iniuriã a Niobe acceptam. Animoſa.magnanima ac ſuperba. An dea ſim dubitor.licentia poetica dubitor.in paſſiua & uoce & ſignificatione poeta finxit: cum dubito uerbum ſit abſolutum. Cultis aris.exornatis altaribus. Tantalis.tantali filia:cũ quodam autem contemptu tantalia nioben Latõa appellat.ac ſi diceret filia tantali:qui pp impietatem in deos detruſus ad inferos maximis afficitur pœnis. Linguã paternã.Linguã inq̃t tantali patris p̄ ſe tulit:qui deoꝶ arcana uulgauit. Deiectura p̃ces.cum hæc inquit latona retuliſſet:p̃ces adiectura erat. Phœbe diana q̃ eadem eſſe cũ luna dr̃. Cadmeida arcẽ.thebanã arcẽ a Cadmo extructã. Planꝰ erat.topographia:hoc eſt loci deſcriptio: in quo Niobes filii & equos agitare & ſe cõſueuerãt exercere. Tyrio ſucco.purpura tyria.ſignificat aũt ephippia purpurea fuiſſe. Auro grauidis.grauibus auro & ornatis atqꝫ auratis.

E quibus Iſmenos.maxius natoꝶ Amphionis & Niobes Iſmenos fuit ab Iſmẽo Bœotiæ fluuio appellatꝰ. Pria ſarcia.primũ uterionus.Nam primogenitus erat. Quadrupedis.equi. Defluit.decidit. Per inane.per aerem. Sipylus.a ſipylo urbe cognominatus: cũ ſagittæ ſtridorem audiſſet: fugere cœpit. Cæterum apollinis ſagittã uitare nõ potuit.

Niobes filii

Frena dabat.equum currere permittebat. Præſcius.p̃cognoſcens futuram tempeſtatem. Sũma ceruice.in colli ſũmitate. Extabat.eminebat.extra ſtabat:p quod ſignificat collum ſagitta fuiſſe transfixum. Per crura admiſſa.propinqua.equo aſtricta. Fœdat.maculat.inficit deturpat.

Phædimus infelix: & auiti nominis hæres
Tantalus: ut ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ.
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus: cum tento concita neruo:
Sicut erant iuncti traiecit utrunq; ſagitta.
Ingemuere ſimul. ſimul incuruata dolore
Mēbra ſolo poſuere. ſimul ſuprema iacentes
Lumina uerſarunt. animā ſimul exhalarunt.
Aſpicit alphenor: laniataq; pectora plangens
Euolat: ut gelidos cōplexibus alleuet artus:
Inq; pio cadit officio. nā delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod ſimul eductū eſt: pars eſt pulmonis in hamis
Eruta: cumq; anima cruor eſt effuſus in auras.
At non intonſū ſimplex damaſitona uulnus
Afficit. ictus erat qua crus eſſe incipit: & qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile telū:
Altera per iugulū pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis: ſeq; eiaculatus in altū
Emicat: & longe terebrata proſilit aura.
Vltimus ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat. diiq; o cōmuniter omnes
Dixerat. ignarus non oēs eſſe rogandos
Parcite motus erat: cū iā reuocabile telū
Non fuit: arcitenens. minio tamen occidit ille
Vulnere: non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali populiq; dolor lachrymæq; ſuorū
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ.
Mirantē potuiſſe: iraſcentēq; quod auſi
Hoc eſſent ſuperi. quod tantū iuris haberent.
Nam pater amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cū luce dolorē:
Heu quantū hæc niobe: niobe diſtabat ab illa:
Quæ modo latois populū ſūmouerat aris:
Et mediā tulerat greſſus reſupina per urbē
Inuidioſa ſuis. at nunc miſeranda uel hoſti
Corporibus gelidis incumbit: & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cælū liuentia brachia tollens:
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore:
Paſcere ait. ſatiaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum ſatia. dixit. per funera ſeptē
Efferor. exulta: uictrixq; inimica triumpha.

Solito labori. conſuetæ equoꝶ agitationi. Nitidæ palæſtræ. ſplendidæ pp oleū quo ſe luctaturi pungebāt. Et iā cōtulerāt. iā inquit luctari cœpant. Arcto nexu. ſtricto amplexu. Cōcita ſagitta. emiſſa. ipulſa. Traiecit. trāſfixit. Lumina uerſarūt. oculos uoluerūt. ut ſolent moriētes. Exhalarunt. expirauerūt. Laniataq; pectora plāgēs. hoc eſt. laniās & pcutiens pectora ſua ob mortem fratꝶ. Alleuet. extollat. Præcordia. inteſtina. q̄ cordi prætendunt. In hamis. in hamato ſpiculo. Fatifero. Mortifero. Cumq; aīa. eoꝶ uidetur hoc loco poeta ſequi opinionē: qui ſāguinem aīæ ſedem eſſe aiunt. Intonſū Damaſitōa. comatū. Afficit. cōficit: iterficit. Internodia poples. Internodiū ſpatiū dicit inter duos nodos ſitū. poples aūt poſterior genu pars ē. Exitiabile. peſtiferꝶ: quod ēt exitiale dicit. Pennis tenus. uſq; ad pennas. Tenus autē poſtponitur quidē ac fere ſi plurali nūero cōiungitur cū genitiuo copulat. ut Verg. Et crurum tenuſa mento palearia pēdent. Cū ſingulari aūt iuncta ablatiuū expoſcit. ut Capulo tenus abdidit enſem. Terebrata aura. perforato aere. Motus erat arcitenens. Apollo iquit precibus ilionei ultimi Niobes filii motus ē. ueꝶ iam ſagittam miſerat irreuocabilē. Certam fecere. admonuere: qd in ſoluta oratione certiorem facere dicimus. Mirantem potuiſſe. deos ſubintelligamus tot filios ſuos interficere. Tantum iuris. tm̄ poteſtatis. Adacto ferro. ipulſo gladio. Amphion. n. de filioꝶ morte certior factus doloris impatiens ſeipſum interfecit. Cum luce. cū uita. Heu quātum niobe. miſeretur poeta. Niobes: q̄ paulo ante ſuperbiſſima: nunc abiectiſſima filiorum morte uidetur eē facta. Diſtabat. differebat. Latois aris. a Latonæ altaribus. nam latous a græco noīatiuo. λητῶ deriuatur. Reſupina. ſuperba elata. Inuidioſa. in ſe inuidiā concitans. Vel hoſti. ēt inimicis: non ſolum amicis. Quod quidē maxime eſt miſerandum unde prouerbium in eos qui maxima patiunt mala a græcis uſurpat νιοβης πάθη. hoc ē. Niobes paſſiones. Gelidis. mortuis. Liuentia. pallentia ob nimiam indignationem. Paſcere crudelis. niobe morte filioꝶ in furorem acta Latonæ inuidiam facit. Eſt autem repetitio eiuſdē uerbi maxīe indignātib' cōueniēs.

Tenus

Amphionis mors

Miſere felici. antithethon elegãter maxime reddés oronem: hæc aũt idcirco Niobe furioſa iactat: q̧ ſepté ei filiæ ſuperant. Atris. pullis. nigris. Añ toros. ante lectulos fratꝝ: in q̈bus erant cõpoſiti: ut efferent̃. Demiſſo crine. diſſolutis capillis. Viſcere. in uiſceribus. Impoſito ore fratri. ſignificat eã inter oſculãdum fratrẽ piſſe. Duplicata. implicata. ĩpedita. Vulnere cæco. occulto. q̧ nõ apparebat. Oraq; cõpreſſit. os clauſit. Niſi poſtq̃ ſpũs ibat. hoc ẽ. niſi dum ſpũm emittebat. tunc. n. os nõ compreſſerat: ſed aptũ tenebat. Illa ſoror ĩ moritur. ĩhærẽs ſubaudiat̃. Sexq; leto datis. ſex iterfectis. Occidit. mortua eſt. Orba reſedit. filiis oĩbus priuata: id qd ipſa paulo ante obiecerat Latonæ. Exanimes iter natos. inter filios mortuos. Diriguit. rigida ac dura eſt facta. Malis. infortuniis: ac liberoꝝ acerbiſſima morte. Nullos mouet aura capilos. iã. n. in ſaxum fuerat cõmutata. Mœſtis genis. genæ & mœroris & læticiæ ſũt ĩdices. Cõgelat. frigida & dura fit. Intra quoq; uiſcera ſaxũ eſt. ẽt inteſtina inquit ſaxea fuerũt effecta. Hoc aũt idcirco fictũ eſt: qd in liberoꝝ ſepulchro Niobe ſibi lapideã ſtatuã erexiſſe narratur. Flet tñ. q̃uis niobe in ſaxum fuerit transformata: flere tñ uidetur. Turbine ualidi uẽti. ĩpetu uehementis uenti. Eſt. n. turbo uentus cũ fragore uiolẽtus ꝓxima q̃q; ꝓſternens. In patriã rapta eſt. hoc ẽ. Sipylũ delata eſt: ubi ẽt num flere uidetur qd idcirco fingit̃ quia ſipylenum marmor ſudare perhibetur. Liquitur. liqueſcit. Manãt lachrymis. emittunt lachrymas. Tũc uero cũcti. narraturus poeta quo mõ Latona a quibuſdã Lyciæ ruſticis bibere ꝓhibita eos in ranas cõuerterit: more ſuo quædã interſerit: quibus cõmodiꝰ fabulæ iungantur. Gemilliparæ diuæ. latonæ q̃ gemellos pepit apollinẽ & dianã. Lyciæ quoq; fertilis agris. Latona cũ apollinem dianãq; pepiſſet: iram iunonis fugiens ĩ lyciam uſq; una cũ infantibus puenit: ubi feſſa ſitiq; cõfecta cũ bibere e quodã lacu uellet a ruſticis quibuſdã pedibus aquã proculcãtibus ꝓhibita fuit. q̃ iniuria dea indignata eos oẽs in ranas cõuertit. Lycia aũt eſt Aſiæ regio finitima lydiæ. Spreuere. cõtempſerũt. Nõ impune. non ſine ſupplicio: ſed cũ maxima pœna. nã in ranas oẽs fuerunt cõuerſi. Ignobilitate uiroꝝ. ruſtici nanq; erant uiliſſimi. Prodigio. miraculo. Luſtro. circũeo ad eligẽdos boues. Sacroꝝ fauilla. ſacrificiorum cinere. Stabat erecta erat. Reſtitit. ſubſtitit. ex priſcoꝝ aũt cõſuetudiue nos quoq; ſacella prætereũtes deos rogãus: ut nobis ſint adiumẽto.

Lycii ruſtici in ranas

Cur autem uictrix? miſeræ mihi plura ſuperſunt:
Q uam tibi felici. poſt tot quoq; funera uinco.
Dixerat: & ſonuit contento neruus ab arcu:
Q ui præter nioben unam conteruit omnes.
Illa malo eſt audax: ſtabant cum ueſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus una trahens hærentia uiſcere tela:
Impoſito fratri moribunda relanguit ore:
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito: duplicataq; uulnere cæco eſt:
Oraq; compreſſit: niſi poſtq̃ ſpiritus ibat.
Hæc fruſtra fugiens collabitur: illa ſorori
Immoritur. latet hæc. illam trepidare uideres
Sexq; datis leto: diuerſaq; uulnera paſſis:
Vltima reſtabat: quam toto corpore mater.
Tota ueſte tegens unam minimamq; relinque
De multis: minimãq; poſco clamauit & unam.
Dumq; rogat: pro qua rogat occidit. orba reſedit
Exanimes inter natos natasq; uirumq;:
Diriguitque malis. nullos mouet aura capilos:
In uultu color eſt ſine ſanguine. lumina mœſtis
Stant immota genis nihil eſt in imagine uiuum
Ipſa quoq; interius cum duro lingua palato
Congelat: & uenæ deſiſtunt poſſe moueri
Nec flecti ceruix. nec brachia reddere geſtus.
Nec pes ire poteſt. intra quoq; uiſcera ſaxum eſt
Flet tamen: & ualidi circumdata turbine uenti
In patriam rapta eſt: ubi fixa cacumine montis
Liquitur: & lachrymis ẽt nunc marmora manant.
Tunc uero cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina uirq; timent: cultuq; impenſius omnes
Magna gemilliparæ uenerantur numina diuæ.
Vtq; fit a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: lyciæ quoq; fœrtilis agris
Non impune deam ueteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum.
Mira tamen. uidi præſens ſtagnumq; locumq;
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo
Impatienſq; uiæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues: gentiſq; illius eunti
Ipſe ducem dederat: cum quo dum paſcua luſtro:
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara uetus ſtabat tremulis circundata cannis.
Reſtitit & paruo faueas mihi murmure dixit
Dux meus: & ſimili faueas mihi murmure dixi.

Naiadum fauni ne foret tamen ara rogabam:
Indigenæue dei: cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanū numen ī ara ē.
Illa ſuam uocat hanc: cui quondā regia cōiunx
Orbe interdixit: quam uix erratica delos
Errantem accepit: tunc cū leuis inſula nabat:
Illic incumbēs cū palladis arbore palmæ
Edidit inuita geminos latona nouerca:
Hinc quoq; iunonē fugiſſe puerpera fertur
Inq; ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iamq; chimæriferæ: cum ſol grauis ureret arua:
Finibus in lyciæ longo dea feſſa labore
Sidereo ſiccata ſitim collegit ab æſtu:
Vberaque ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus. agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis: grataq; paludibus uluam.
Acceſſit: poſitoq; genu titania terram
Preſſit: ut hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba uetat. dea ſic affata uetantes.
Quid ꝓhibetis aquas? uſus cōis aquarum eſt.
Nec ſolem proprium natura. nec aera fecit:
Nec tenues undas. ad publica munera ueni.
Quæ tñ ut detis: ſupplex peto. nō ego noſtros
Abluere hic artus: laſſataq; membra parabam.
Sed releuare ſitim. caret os humore loquentis:
Et fauces arent: uixq; eſt uia uocis in illis:
Hauſtus aquæ mihi nectar erit: uitāq; fatebor
Accepiſſe: ſimul uitam dederitis in undis.
Hi quoq; uos moueāt: q nr̃o brachia tendunt
Parua ſinu: & caſu tendebant brachia nati.
Quē nō blanda deæ potuiſſent uerba mouerē?
Hi tamen orantem perſtāt ꝓhibere: minaſq;
Ni procul abſcedat: cōuitiaq; inſuper addunt.
Nec ſatis eſt. ipſos etiam pedibuſq; manuq;
Turbauere lacus: imoq; e gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu mouere maligno
Diſtulit ira ſitim. neq; enim iam filia Cæi
Supplicat idignis. nec dicere ſuſtinet ultra
Verba minora dea: tollenſq; ad ſidera palmas:
Aeternum ſtagno: dixit: uiuatis in iſto.
Eueniunt optata deæ. iuuat eſſe ſub undis.
Et modo tota caua ſummergere mēbra palude
Nūc proferre caput. ſūmo modo gurgite nare:
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere ſæpe

Montanum numen. qualis eſt Faunus. Regia coniunx. iuno regis deorum hoiumq; uxor. nam iuno: ut diximus: cum reſciuiſſet Latonam ex ioue concepiſſe: illam per totum terraꝝ orbem exagitauit: ſic ut nuſq̄ conſiſtere poſſet. Orbem interdixit: cum interdico uerbū datiuo & ablatiuo iungatur: orbe mihi legendum uidetur: non orbem: ut ē fere in exemplaribus deprauatum. Vt enim aqua & igni īterdixiſſe alicui populum Ro. dicimus: ſic orbe iunonem Latonæ īterdixiſſe poeta eleganter dixit. Erratica delos. quā errare inſtabilemq; eſſe idcirco poetæ finxerunt: quia crebro terræ motu uexabatur: dōec ex oraculo apollinis: ut ſcripſi: deſtiterunt illic cadauera ſepelire. Leuis. cauſa eſt. idcirco enim nabat: quia leuis erat. Nabat. fluitabat. nare enim proprie dicuntur animata. fluitare inanimata. Cum palladis arbore. cum oliua. Edidit. emiſit peperit. Inuita nouerca. cōtra uolūtatē iunōis: q̄ nouerca eē uidebatˀ Apollinis & diāæ: cū Iouis ſit uxor. Puerpa. mulier a ptu recēs puerpa dr̃. Iāq; chimæriferæ. chimæra mons lycie carminibus poetarum notiſſimus. Fingitur aūt a poetis fera eſſe pedes habens ſerpentinos. capræ uentrē. caput leonis flammas uomens: eo ꝙ ad montis radices ſint ſerpētes in medio capræ. Leones ad uerticem: qui ætne modo ardere dicitur. Sane Chimæram græci capram uocant. Chimæriferæ. chimæras ferentis & capras. Ab æſtu ſidereo. a calore ſolis. Legebant. colligebant. Cum iuncis. iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo. Gratamq; paludibus uluam. ulua herba eſt in paludibus naſcēs Vnde etiam paludibus grata ab Oui. perhibetur.

Poſitoq; genu. eleganter geſtū exprimit de lacu aquā haurire uolētis. Vſus cōmunis aquaꝝ. iure gentiū aquæ omnibus hominibus ſunt cōmunes

Ad publica munera. publica ſunt q̄ nullius quidem ſunt: ſed oīum. Vixq; eſt uia uocis. Vix emittere uocem poteſt. Hauſtus aquæ: potus aquæ mihi loco nectaris ac ſuauiſſimus erit. Simul ui

tam dederitis in undis. poſtq̃ mihi uitã aquis inſtaurauerítis. uidetur eſſe hemeſtichion ennii poetæ. unde & dederitis uerbi penultima eſt producta. Tendunt. porrigunt. Hi tamẽ orantẽ. pulchre ruſticorũ ſeruat decorum: qui rogati contumacius ſuperbi uſq; ſe gerũt. Perſtant perſeuerãt & inſtant. Conuitia. cõtumelias.

Mouere: cõmouerunt. Saltu maligno. hypallage eſt. ipſi nãq; maligni intelliguntur. Diſtulit ira ſitim. hoc eſt ira fuit cauſa differẽdæ ac ꝓlongandæ ſitis. Filia cæi. Latona. Vltra. ulterius. Minora dea. humiliora: q̃ ut deæ cõuenientia ſint. Aeternũ. ſemp & in æternũ. nomẽ ꝓ aduerbio poſitũ. Et mõ tota. eleganter ranaꝶ & naturã & corpus deſcribit poeta. Sũmo gurgite. i. ſummitatẽ gurgitis & ſtagni. Turpes linguas. cõtumelioſas. Patulos rictus. hiãtis ora. Colla intercepta. de medio reciſa. nã ranæ collo carent. Spia uiret. tergũ uiride ẽ. Sic ubi neſcio qs. ignobilẽ ac locutione eũ fuiſſe ſignificat q ſupiorem rettulit fabulam. Exitiũ ſatyri. calamitoſũ exitũ. Marſias ãt

Marſias in fluuium

ſatyrus fuit tibias inflãdi adeo peritus: ut cũ apolline certare ſit auſus: quẽ ſupatũ indignatus apollo pelle atq; cute priuauit. Ex eius uero corpore tãtus defluxit ſanguis: ut a terra exceptus in fluuiũ fuerit cõmutatus: qui a ſatyri noie Marſias fuit appellatus. eſt aũt phrygiæ fluuius in mæandꝶ labens.

Latous apollo. Latonæ filius. Tritoniaca arundine. tibia ex arundine tritoniaca cõfecta. eſt. n. metonymia. Tritonis aũt palus eſt lybiæ: iuxta quam pallas in uirginali habitu apparuiſſe fertur. Vnde & tritonia uocatᷣ. Quid me mihi detrahis. cur mihi meã pellem deripis. Ah nõ eſt tanti. ut ego hac pœna affici debeã. Micant. palpitant. Fibras. Fibræ uenulæ ſunt minores Armẽta bucera. hoc ẽ. boues ualde cornutos βου nãq; particula eſt intẽtiua. κεραϲ aũt dicitur cornu. Cocepit. excepit.

Ripis decliuibus. ꝓnis atq; inclinatis. Liquidiſſimus. puriſſimus. limpidiſſimus. Talibus exemplis. hæc ad cõcinnam fabulaꝶ cõnexionẽ a poeta narrantur. Mater in inuidia eſt. Niobes. n. ſupbia cã fuit mortis liberoꝶ. Fleſſe pelops: merito: cũ Niobes frater eſſet. pelops. n. tantali fuit filius. quẽ coctũ pater diis epulandũ ut an oĩa ſcirent experiretur: cum appoſuiſſet. oẽs quidem præter unã cererem ab eo abſtinuerunt. collectiſq; in unũ pelopis membris euocata a mercurio aĩa eius ab inferis priſtinæ ipſum uitæ reſtituerunt. Sed cũ ei ſiniſtrum deeſſe humeꝶ aĩaduertiſſent: eburneũ affixerunt: ſicq; pelops uitæ integer fuit reſtitutus. Tãtalus uero ad inferos: detruſus ſiti ĩ aquis ac famæ in ſumma pomoꝶ copia laborat: Suas ueſtes. purpureas ac ſibi conuenientes. illis. n. depoſitis lugubres ac pullas ſumpſit. Corporeus. ex carne. nam corpus proprie uirentium. caro mortuorum dicitur a cadendo deducta. ut iam ſæpius dixius. Cæſa membra. trucidata. Qui locus eſt iuguli: periphraſis eſt humeri q̃ ẽ eſt medius inter iugulum & brachii ſummitatem. In. uſum. in locum & officium. partis non comparentis. humeri non inuenti. Finitimi proceres coeunt. cõueniunt. congregantur. Hæc auté idcirco narrantur: ut quas metamorphoſis eſt deſcripturus: commodius cum prio

Eburneus pelopis humerus

In gelidos reſilire lacus. ſed nunc quoq; turpes
Lítibus exercẽt linguas: pulſoq; pudore:
Quãuis ſit ſub aq̃: ſub aqua maledicere tẽptãt.
Vox quoq; iã rauca ẽ: inflataq; colla tumeſcũt.
Ipſaq; dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tãgunt. colla intercepta uidentur.
Spina uiret. uenter pars maxia corporis albet.
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite ranæ:
Sic ubi neſcio quis lycia de gente uirorum
Rettulit: exitium ſatyri reminiſcitur alter:
Quem tritoniaca latous harundine uictum
Affecit pœna. quid me mihi detrahis inquit:
Ah piget. ah non eſt: clamabat: tibia tanti.
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus.
Nec qcq̃ niſi uulnus erat. cruor undiq; manat
Detectiq; patent nerui: trepidæq; ſine ulla
Pelle micant uenæ. ſalientia uiſcera poſſes
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſiluarum numina fauni
Et ſatyri fratres: & tunc quoq; clarus olympus:
Et nymphæ flerunt: & quiſquis montibus illis
Lanigeroſq; greges: armentaq; bucera pauit.
Fertilis immaduit: madefactaq; terra caducas
Concepit lachrymas: ac uenis præbibit imis.
Quas ubi fecit aquas: uacuas emiſit ĩ auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor
Marſia nomẽ hẽt phrygiæ liq̃diſſimus amnis.
Talibus exemplis redit ad præſentia dictis
Vulgus: & extinctũ cũ ſtirpe amphiona luget.
Mater in inuidia ẽ: hãc tũc quoq; dicitur unus
Fleſſe pelops: humeroq; ſuas a pectore poſtq̃
Deduxit ueſtes: ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Cõcolor huic humerus naſcẽdi tẽpore dextro
Corporeuſq; fuit: manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe deos: aliiſq; repertis
Qui locus eſt iuguli medius: ſummiq; lacerti
Defuit. ĩpoſitum eſt non cõparentis in uſum
Partis ebur: factoq; pelops fuit integer illo
Finitimi proceres coeunt: urbeſq; propiquæ

ribus cōnectantur. Nā Tereus Rex Thracū cum athenas obſidione liberaſſet accepta in uxorē progne Pandionis regis filia in thraciā redit. ubi cū iā filium ſuſcepiſſet: rogatus ab uxore: ut aut ſe Athenas deduceret: aut ſaltem ad ſe philomelā ſororē accerſeret: ꝓfectus ipſe philomelā qdē a patre accepit: ſed cū in thraciā pueniſſet: nō ſolū ei uim ītulit: ſed linguā ēt ne uulgare ſcelus poſſet: amputauit: ac ſuis ſtabulis mācipauit. Cæteꝝ philomela tanta crudelitate ſtimulata totū īfortuniū ſuū ī uelo deſcriptū ſorori īdicauit. Progne uero furiis accēſa Bacchi ſacra ſe celebrare ſimulans una cū Bacchis ad ſororē uenit: eāq; ſecum Pampinis tectam in urbem adduxit: in cubiculoque ſuo occultauit. Perfectis uero Bacchi ſacrificiis Progne Itym cōmunē filiū interemit: cuius carnes coctas patri appoſuit comedendas. Cū uero Tereus Itym filiū intercœnādum frequenter uocaret: Philomelæ cubiculo exiliens caput filii ac pedes in Tereū cōiecit. Qui ſtricto enſe cū ambas pſequeretur: ipſe quidē in upupā. Itys in phaſianū. progne ī hirundinem. Philomela in luſciniā conuerſi fuiſſe narrantur. Orauere ire. poetica eſt locutio. nā orauere ut irēt: in ſoluta oratione diceremus. Ad ſolatia. ad cōſolatōem Pelopis cuius ſoror Niobe cū oībus liberis fuerat extincta. Argoſq;. argos urbs eſt clariſſima pelopōneſi: quæ uariis noībus ē cognominata. Nā & urbs phoronica & ægialea appellat̃ & argos hippoboton & Hippiū: quod neptuni equis paſcua ſuppeditauit. Dipſion quoq; pp aquaꝝ penuriam. Ab argo aūt conditore uidetur eſſe dictum: ut ſcribit Stephanus Græcus auctor in ope: quod de urbibus compoſuit. Vndecim uero urbes hoc noīe appellant̃. Eſt. n. Argos qd̄ Amphilochicon dr̄ in Theſſalia. in Cilicia: q̄ nunc Argiopolis appellat̃. In niſyro inſula: una ex cycladibus. iuxta trœzena. in Macedonia in ſcytia qd̄ argos oreſticū uocatur. in caria. Argos phæacū: Argos Argolicū Ac fere oīs maritima planicies Argos uocatur. Et ſparte. Regio Laconica ſparta fuit appellata: a Spartis Cadmi. hoc eſt a ſeminatis a Cadmo qui eā tenuiſſe a timagora ſcribuntur. Pelopeiadeſq; Mycenæ. Mycenæ urbs eſt pelopōneſi: a Mycænæo Spartonis phoronei fratris filio denominatæ quas pelops auxiſſe fert̃. Vnde & pelopeiadas eas uocat poeta. Et nondū Calydon urbs ē Aetoliæ A calydone Endymionis filio cognominata. Nondū inuiſa. nōdū odio habita. Nondū. n. Oeneus Calydoniæ Rex in ſe Dianā concitarat. Nā cum diis oībus aliis ſacrificaſſet: Diana irata apꝝ īmiſit: qui totam Calydoniam deuaſtauit. Orchomenoſq; ferax. fertilis. Orchomenos urbs ē Bœotiæ. & Theſſaliæ & Arcadiæ & pōti. Mons eſt ēt inter Macedoniā & Theſſaliā noīe orchomenos. ut ſcribit Apollōii enarrator. Ab orchomeno aūt Iouis & Heſiones filio nomē & urbi & mōti inditū fuit. Et nobilis ære corinthus. clara æreis uaſis: q̄ corinthia uocant̃. Meſſeneq; ferox. Meſſene & urbs & regio eſt pelopōneſi. Altera ē in Sicilia. unde Meſſenius poſſeſſiuum declinat̃. Pateræq;. corruptæ triſyllabū legit̃. Patræ nāq; biſyllabū urbs eſt Achaiæ de qua hoc loco ſentit Ouidi. Humileſq; cleōæ. urbs ē arcadiæ pua. Et Nelea pylos. urbs ē in Meſſenia: ī qua regnauit Neleus Neſtoris pater. Nec adhuc pittheia trœzen. Trœzen urbs eſt pellopōneſi: a trœzene pelopis filio: q̄ uariis nominibus ē appellata. nā & aphrodiſias & ſaronia & poſidonias & appollonias & Antanis fuit cognominata. Eā uero pittheiā nōdū fuiſſe ait: qd̄ pittheus æthræ mr̄is Theſe pr̄ nōdū ibi regnauerat. Ab iſthmo bimari. Iſthmus breuis dicit̃ terra īter duo maria cōſtituta. Iſthmus uero pelopōneſi & Aegeo mari & Ionio alluitur. Intra iſthmū āt ſunt pelopōneſi urbes. extra uero achaiæ. Credere qs poſſet. Hæc iterrogatio eo ſpectat: ut ſignificet Athenīeſes & hūaniſſimos & officioſos maxīe fuiſſe. Subiecta pōto. adiecta mari euxino. Reges eni Aſiæ bellū athenīeſibus indixerāt. Threicius Tereus. Thracius. Tereus āt filius fuit martis: ac Thraciæ Rex: ut dixius. Fuderat. fregerat. in fugā cōuerterat. A magno gradiuo. a magno marte. gradiuus eni mars a latinis dictus

*[Margin: Argos]*

*[Margin: Tereus Progne philomela ī aues]*

*[Margin: gradiuus]*

Orauere ſuos ire ad ſolatia reges:
Argoſq;: & ſparte: pelopeiadeſq; mycænæ:
Et nondum toruæ Calydon inuiſa dianæ:
Orchomenoſq; ferax: & nobilis ære corinthos:
Meſſeneq; ferox: patreq; humileſq; cleonæ:
Et nelea pylos: nec adhuc pyttheia Trœzen:
Quæq; urbes aliæ bimari claudūtur ab iſthmo:
Exteriuſq; ſitæ bimari ſpectantur ab iſthmo.
Credere quis poſſet: ſolæ ceſſaſtis athenæ.
Obſtitit officio bellum: ſubiectaq; ponto
Barbara cæcropios terrebant agmina muros.
Threitius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat: & clarum uincendo nomen habebat.
Quem ſibi pandion opibuſq; uiribuſq; potentem:
Et genus a magno ducentem forte gradiuo
Connubio prognes iunxit. non pronuba iuno.
Non hymeneus adeſt illi. non gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere rptas.
Eumenides ſtrauere torum: tectoq; prophanus
Incubuit bubo: thalamiq; in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti progne Tereuſq;: parentes.
Hac aue ſunt facti. gratata eſt ſcilicet illis
Thracia. diiſq; ipſi grates egere: diemq;
Quoq; data eſt claro pandione nata tyranno:
Quoque erat ortus itys feſtum iuſſere uocari.
Vſque adeo latet utilitas. iam tempora titan

eſt:qd gradati in bellū eat̃. Nō ꝓnuba iuno nubētibus feliciter puellis Iuno ꝓnuba præeſſe credit̃. Hinc āt facile colligit̃ quale futuꝝ ſit Terei & ꝓgnes cōiugiū. Prophanus bubo. execrādus.ē nāq; auis peſſimi ominis bubo. Hac aue.hoc augurio. Gratata. gratulata. Diiſq; ipſi. Tereus & ꝓgne:gratias diis egerūt. Quaq; data ē.quo legendū eſſe facile ex eo qd infert̃ adiectiuo colligi pōt. Vſq; adeo latet utilitas. Acclamatio in hoīum inſcitiā loco maxīe cōueniēs. Iam tpa titan.hoc ē iam quinq; tranſierāt anni. Si gratia ulla mea eſt ſi quid apud te poſſū. Magni muneris iſtar. æquiparatōem magni muneris.nā inſtar mō ad ſimilitudinē.mō ad æquiparatōem ſignificat:nec recipit ꝑpoſitōem: eſtq; īdeclinabile nomē. Cæcropios portus athenīēſes. Pyreæaq; littora tangit.attica. nā pyreæus ꝓmōtorium eſt atticæ.ut ſcribit Ptolemeus. Vnde athenaꝝ portus pyreæus fuit appellat̃. Vt primū ſoceri data copia. Cū primū inquit Tereus ad pandionē ſoceꝝ fuit admiſſus:& dextram dextræ iūxit.& prognes mādata referre cœpit. Recurſus celeres.ueloces redit⁹. Miſſæ philomelæ.q̃ qdē nōdū fuerat miſſa. Sed ſi miſſa fuiſſet:celerē pollicebat̃ Tereus reditū. Magno paratu.ornatu. Forma pulchritudie. Naiadas & Dryadas.nymphas.q̃ formoſiſſimæ eſſe uident̃. Nō ſecus.quanto philomelæ amore tereus fuerit inflāmatus aperte his ſimilitudinib⁹ declarat̃. Cāis ariſtis.flauis. Cremet.cōburat. Fœnilib⁹.fœnilia fœni dr̄ repoſitoria. Digna quidē facies: facies inquit philomelæ digna quidē erat amari eū ab aliis oībus:tū uero a Tereo: qui maxīe īgenita libidine in mulieres ſtimulabātur. Pronūq; genus.thraces.n.maxime in uenerem ſunt ꝓni. Et nihil eſt qd nō effreno captus amore Auſit. Snīa eſt generalis:q̃uis ad Tereū ꝓprie referri uideat̃. Effreno amore. ab effectu.qd effrenatos ac diſſolutos hoīes reddat. Nec capiūt.iam.n. Terei amor philomelā detegebatur. Et ait ſua uota ſub illa.ſub ſimulatōe inquit prognes uoluntatis ſua uota peragere conatur Tereus. Vlterius iuſto. ultra q̃ honeſtū foret. Proh ſuper: exclamatio in hoīum cæcitatem. Quantum mortalia pectora cæcæ Noctis hn̄t:in quanta rerum oīum inſcitia hoīum animi uerſantur. Ipſo molimine.ipſa ꝑparatōe. Cōtra ſuā ſalutem quia a tereo non ſolū ſtuprata. ſed ēt lingua fuit priuata. Præcontrectat ꝙ uidendo.hoc eſt.ante oculis q̃ manibus ſibi eā contrectare uidetur. Neq; enim minus impius eſſet. Nā etiam ſi pater eſſet cū filia rem haberet. Amborum prece. Terei & philomelæ. Succeſſiſſe.feliciter euēiſſe. Duabus.ſibi & progne ſorori. Lugubre.triſte & luctus cauſa.

Quinq; per autumnos repetitis duxerat annis:
Cum blandita uiro progne.ſi gratia dixit
Vlla mea eſt:uel me uiſendam mitte ſorori:
Vel ſoror huc ueniat.redituram tempore paruo
Promittes ſocero.magni mihi muneris inſtar
Germanam uidiſſe dabis.iubet ille carinas
In freta deduci:ueloq; & remige portus
Cecropios intrat.pyreæaq; littora tangit.
Vt primum ſoceri data copia:dextera dextræ
Iungitur.infauſto committitur omine ſermo.
Cœperat aduentus cauſas mandata referre
Coniugis:& celeres miſſæ ſpondere recurſus.
Ecce uenit diues magno philomela paratu.
Diuitior forma.quales audire ſolemus
Naiadas & dryadas mediis incedere ſiluis:
Si modo des illis cultus:ſimileſq; paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta uirgine Tereus:
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:
Aut frondem poſitaſq; cremet fœnilibus herbas:
Digna quidem facies.ſed & hunc innata libido
Extimulat:pronumq; genus regionibus illis
In uenerem.& flagrat uitio gentiſq; ſuoq;.
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam:
Nutriciſq; fidem:nec non ingentibus ipſam
Solicitare datis:totumq; impendere regnum:
Aut rapere:& ſæuo raptam defendere bello.
Et nihil eſt:quod non effreno captus amore
Auſit.nec capiunt incluſas pectora flammas.
Iamq; moras malefert:cupidoq; reuertitur ore
Mandata ad prognes:& agit ſua uota ſub illa.
Facundum faciebat amor:quotienſq; rogabat
Vlterius iuſto:prognen ita uelle ferebat.
Addidit & lachrymas:tanq̃ mandaſſet & illas.
Proh ſuperi:quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent:ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius:laudemq; a crimine ſumit.
Quid:ꝙ idē philomela cupit:patrioſq; lacertis
Blanda tenens humeros:ut eat uiſura ſororem:
Perq; ſuam contraq; ſuam petit illa ſalutem.
Spectat eam Tereus:præcontrectatq; uidendo.
Oſculaq;.& collo circundata brachia cernens:
Omnia pro ſtimulis facibuſq; ciboq; furoris.
Accipit.& quotiens amplectitur illa parentem
Eſſe parens uellet.neq; enim minus impius eſſet.
Vincitur amborum genitor prece.gaudet agitq;

Illa patri grates.& ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix:quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus phœbo reſtabat:equiq;
Pulſabant pedibus ſpatium decliuis olympi.
Regales epulæ menſis:& bacchus in auro
Ponitur.hinc placido dantur ſua corpora ſomno.
At rex odryſius q̄uis ſeceſſit ab illa:
Aeſtuat:& repetens faciem motuſq; manuſq;:
Qualia uult fingit:quæ nondum uidit:& ignes
Ipſe ſuos nutrit:cura remouente ſoporem.
Lux erat:& generi dextram complexus euntis
Pandion:comitem lachrymis commendat obortis.
Vt uoluere ambæ.uoluiſti tu quoq; Tereu:
Hanc ego care gener:quoniam pia cauſa coegit:
Do tibi:perq; fidem:cognataq; pectora ſupplex
Per ſuperos oro:patrio ut tuearis amore.
Et mihi ſolicito lenimen dulce ſenectæ
Quam primũ(oĩs erit nobis mora longa)remittas.
Tu quoq; q̄ primum(ſatis eſt procul eſſe ſororem)
Si pietas ulla eſt:ad me philomela redito.
Mandabat:pariterq; ſuæ dabat oſcula natæ.
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant.
Vt fidei pignus dextras utraſq; popoſcit:
Inter ſeq; datas iunxit:natamq; nepotemq;
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent.
Supremumq; uale pleno ſingultibus ore
Vix dixit:timuitq; ſuæ præſagia mentis.
Vt ſimul impoſita eſt pictæ philomela carinæ:
Admotumq; fretum telluſq; repulſa eſt:
Vicimus exclamat.mecum mea uota feruntur.
Exultatq;:& uix animo ſua gaudia differt
Barbarus:& nuſq̄ lumen detorquet ab illa.
Non aliter q̄ cum pedibus prædator aduncis
Depoſuit nido leporem iouis ales.ab alto
Nulla fuga eſt capto.ſpectat ſua præmia raptor.
Iamq; iter effectum:iamq; in ſua littora feſſis
Puppibus exierant:cum rex pandione natam
In ſtabula alta trahit ſiluis obſcura uetuſtis.
Atq; ibi pallentem trepidamq; & cuncta timentem.
Et iam cum lachrymis:ubi ſit germana:rogantem
Includit:faſſuſq; nephas & uirginem & unam
Vix ſuperat fruſtra clamato ſæpe parente.
Sæpe ſorore ſua.magnis ſuper omnia diuis.
Illa tremit uelut agna tremens:quæ ſaucia cani
Ore excuſſa lupi nondum ſibi tuta uidetur:

Iam labor exiguus phœbo.ſignificat finẽ diei aduẽiſſe. Equiq; pulſabãt.equi ĩquit ſolis iam puenerant in occidentalem cæli partem.

Ad rex orthyſius.ſic qdẽ fere legiť.ſed odryſius p d legendũ eſt.nam odryſæ populi ſunt Thraciæ & odryſa urbs eoꝝ:quæ & odryſia dicitur.Vñ odryſius deriuatur.Eleganter aũt amantũ cogitationes deſcribit poeta. Aeſtuat.ardet.hæc ãt particula tñ eſt ſubaudienda.

Cura remonẽte ſoporẽ.amore ſomnũ repellente. Lux erat.dies aduenerat. Generi eũtis.recedere cupiẽtis Terei. Quoniã pia cauſa coegit.piũ nanq; eſt ſororem ſorori mittere uidẽdã. Tuearis.defẽdas atq; cuſtodias. Mihi ſolicito.Anxio filiæ abſentia. Lenimẽ.ſolamen. Satis eſt pcul eſſe ſororẽ:ſatis eſt inquit qd progne longe a me abeſt. Mãdabat.mandata dabat. Dextras.utraſq; & Terei & prognes. Natãq; nepotemq;. & Prognen & Itym. Pro ſe.noĩe ſuo & ſuis uerbis. Memori ore.memores ipſi.eſt.n.hypallage. Supremumq;.& ultimo loco inquit:uix potuit dicere uale. Pleno ſiugultibus ore.geſtum exprimit patris de filia a ſe recedẽte admodũ ſoliciti.Ita nãq; pandion ſingultibus ĩpediebať ut quis potuerit dicere uale. Præſagia.diuiationes.Eſt.n.præſaga mali mens. Admotũq; fretum remis.hypallage ẽ.mari nãq; remi nõ mare admoueť remis. Tũc ãt remi admoueri dñr mari:cum remigatur nauiſq; remis impellitur. Teluſq; repulſus eſt:ex uulgari hoc dictũ ẽ opiniõe.Terra nãq; q̄ eſt ĩmobilis:retro pelli a remigãtibus uidetur. Vicius exclamat.barbari & ab oĩ ciuilitate alieni hominis mores exprimũtur. Lumen.oculos. Iouis ales.aquila:quæ ꝙ nunq̄ fulmine tangiť ſub iouis tutela eſſe phibetur. Spectat ſua p̄mia raptor.Ordo ẽ & ſenſus.non aliter Tereus ſpectabat philomelam.q̄ iouis ales raptor ſpectat ſua præmia.cum ipſe prædator depoſuit nido leporem adũcis pedibus.Reliqua p parentheſim leguntur. Iamq; iter effectum.confectum.perfectum. Iam.n.in thraciã fuerant aduecti. Pãdione natã.philomelã. Faſſuſque nefas.nefandum cõfeſſus amorem.

Et uirginem & unam ui ſuperat.maximam hoĩs barbariam oſtendit poeta:qui ſuſtinuerit uirginem:& ſolam ſibi creditam & patrẽ & ſororẽ & in primis deos implorantẽ uiolare. Illa tremit uelut agna pauẽs.uirgineũ timorẽ pulchre his ſimilitudinib⁹ ab oue & colũba ſumptis poeta expreſſit. Excuſſa.eiecta. Cani lupi.epitheton eſt lupi colori cõueniẽs:lupi namq; canicie infecti eſſe uidentur.

Auidos ungues.auidi accipitris:qui colū/
bas maxīe infeſtat. Paſſos laniata capillos.
Sinegdoche poetica.ſparſos.n. capillos cū la/
niaſſet Philomela intelligitur.Lacerare āt cri
nes in mœroribus ſolent mulieres. Cæſis la
certis.percuſſis brachiis. Diris factis.nefan/
dis ſceleribus. Nec cōiugalia iura. Nec mrī
monii iura:qbus nō licet cuiq̄ cū duabus coi
re ſororibus. Oia turbaſti.oia inquit iura &
pellex
humana & diuina cōfudiſti. Pellex ego fa/
cta ſororis.pellex ꝓprie dr̄: quæ cum marito
alterius cōcūbit. Tu geminus cōiūx.tu dua
bus es maritus:& mihi & ſorori. Debita pœ/
na.te expectat ſubintelligēdū uidetur. Qui
eripis.cur nō eripis mihi uitā. Ne qd facinꝰ.
Ne aliquod ſcelus tibi reſtet in me ꝑpetran/
dū.Vacuas habuiſſē criminis umbras.hoc ē.
crimīe caruiſſē. Quādocūq; mihi pœnas da/
bis.aliqñ mihi punieris. Proiecto pudore.
abiecto.depoſito. Si copia detur.ſi potero.
Feri tyranni.crudelis ab oiq; hūanitate alie
ni. Nec minor hac metus ē.nō minor eſt in/
quit metus ne a philomela ſorori ꝓderet̄ ſce
lus q̄ ira.Cā ſtimulatus utraq;.& ira & timore
impulſus. Liberat enſē uagina.e uagina eri
pit enſem. Iugulū philomela parabat:bñ in
ſtitutæ uirgis morē exprimit poeta:q̄ uiola/
ta nihil mortē recuſabat:ſed ultro iugulū enſi
obiiciebat:quo citius īterficeret̄. Hoc quoq;
poſt facinus.poſt hoc ſcelus.poſt extractā lin
guam. Laceꝝ corpus.lingua mutilatū. Cō
mēta funera.fictā mortem philomelæ. Spē
ſuæ mortis.metū ac timorem mortis.ſic Di/
do apud Verg.Hunc ego ſi potui tm̄ ſperare
dolorē. Vſq; uocantem.ſemp clamantem.
Luctantēq; loqui.conātem. Forcipe.for/
ceps inſtrumentū eſt fabrile quo ferꝝ facile
& capitur & tenetur. Enſe fero.ipſe ferus &
crudelis.eſt.n.hypallage. Radix micat pal
pitat.motat̄.Ipſa iacet.lingua reciſa ſubaudia
tur. Mutilatæ colubræ.inciſæ ſerpentis i du
as partes.Mutilati uero dicunt̄:quibus aliqd
membꝝ fuit reciſum. Palpitat.ſalit.frequē/
ter mouet̄. Atras ueſtes.pullas.lugubres.Et
inane ſepulchꝝ.cadauere uacuū:qd græci ce/
notaphiū dicunt. Falſis manibus.non ueris
cū nondū philomela mortua foret. Signa
deus bix ſex.iā īqt duodeci tranſierant men/
ſes.Deus apollo:qui idē eſt cū ſole. Luſtra/
uerat.illuſtrauerat.quo.n.in ſigno ſol eſt.idē
illuſtrare uidetur.q̄q̄ circuiuerat quoq; intel
ligere poſſumus. Quid faciat.facere poſſit.
Cuſtodia.cuſtodes a tereo appoſiti.Sic Ver
gilius.Cernis cuſtodia.qualis. Rigēt.aſpi
ſūt.ita ut inde niſi p ianuam exitus nō detur.

Vtq; columba ſuo madefactis ſanguine plumis
Horret adhuc:auidoſq; timet:qbꝰ hæſerat ungues
Mox ubi mens rediit:paſſos laniata capillos
Lugenti ſimilis:cæſis plangore lacertis
Intendens palmas.o diris barbare factis.
O crudelis ait.nec te mandata parentis
Cum lachrymis mouere piis.nec cura ſororis
Nec mea uirginitas.nec coniugalia iura.
Omnia turbaſti:pellex ego facta ſororis.
Tu geminus coniunx.hoſtis mihi.debita pœna.
Quin aiam hanc:ne qd facinus tibi perfide reſtet
Eripis:atq; utinā feciſſes ante nefandos
Concubitus.uacuas habuiſſem criminis umbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt.ſi numina diuum
Sunt aliquid.ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocunq; mihi pœnas dabis ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar.ſi copia detur:
In populos ueniam.ſi ſiluis clauſa tenebor:
Implebo ſiluas:& conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther:& ſi deus ullus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtq̄ commota tyranni:
Nec minor hac metus eſt:cauſa ſtimulatus utraq;
Quo fuit accinctus:uagina liberat enſem.
Arreptamq; coma flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit.iugulum philomela parabat:
Spemq; ſuæ mortis uiſo conceperat enſe.
Ille indignantem & nomen patris uſq; uocantē:
Luctantemq; loqui:cōprenſā forcipe linguā
Abſtulit enſe fero:radix micat ultima linguæ.
Ipſa iacet:terræq; tremens immurmurat atræ.
Vtq; ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ.
Palpitat:& moriens dominæ ueſtigia quærit.
Hoc quoq; poſt facinus(uix auſim credere)fertur
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad prognen poſt talia facta reuerti:
Coniuge quæ uiſo germanam quærit.at ille
Dat gemitus fictos commentaq; funera narrat:
Et lachryme fecere fidem.uelamina progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato.
Induiturq; atras ueſtes:& inane ſepulchrum
Conſtituit:falſiſq; piacula manibus infert:
Et luget non ſic lugendæ fata ſororis
Signa deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat philomela:fugam cuſtodia claudit.
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo.

Os mutum facti caret indice. grande doloris
Ingenium eſt: miſeriſq; uenit ſollertia rebus.
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela:
Purpureaſq; notas filis intexuit albis
Indicium ſceleris: perfectaq; tradidit uni:
Vtq; ferat dominæ geſtu rogat. illa rogata
Pertulit ad prognen. nec ſcit quid tradat in illis.
Euoluit ueſtes ſæui matrona tyranni:
Fortunæq; ſuæ carmen miſerabile legit.
Et (mirũ eſt potuiſſe) ſilet. dolor ora repreſſit:
Verbaq; quærenti ſatis indignantia linguæ
Defluerant. nec flere uacat: ſed faſq; nefaſq;
Confuſura ruit: pœnæq; in imagine tota eſt.
Tempus erat: quo ſacra ſolent trieterica bacchi
Sithoniæ celebrare nurus nox conſcia ſacris.
Nocte ſonat rhodope tinnitibus æris acuti.
Nocte ſua eſt egreſſa domo regina: deiq;
Ritibus inſtruitur. furialiaq; accipit arma.
Vite caput tegitur. lateri ceruina ſiniſtro
Vellera dependent. humero leuis icubat haſta.
Concita per ſiluas turba comitante ſuarum
Terribilis progne: furiiſq; agitata doloris:
Bacche tuas ſimulat. uenit ad ſtabula auia tãdẽ.
Exululatq;: euoeque ſonat: portaſq; refringit
Germanãque rapit: raptæq; inſignia bacchi
Induit: & uultus hederarum frondibus abdit:
Attonitãq; thrahẽs intra ſua mœnia ducit.
Vt ſenſit tetigiſſe domum philomela nefandã:
Horruit infelix: totoq; expalluit ore.
Nacta locũ progne ſacrorũ pignora demit:
Oraq; deuelat miſeræ pudibunda ſororis:
Amplexumq; petit: ſed nõ attolere contra
Suſtinet hæc oculos pellex ſibi uiſa ſororis
Deiectoq; in humũ uultu iurare uolenti:
Teſtariq; deos: per uim ſibi dedecus illud
Illatum: pro uoce manus fuit. ardet & iram
Non capit ipſa ſuam progne: fletũq; ſororis
Corripiens, non ẽ lachrymis hoc inqt agẽdum
Sed ferro: ſed ſi quid hẽs: quod uincere ferrũ
Poſſit. in oẽ nefas ego me germana paraui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo.
Artificẽ mediis immitam Terea flammis.
Aut liguã: aut oculos: & q̃ tibi mẽbra pudorẽ
Abſtulerunt: ferro rapiã: aut p uulnera mille
Sontẽ aiam expellã. magnũ ẽ qđcunq; paraui.

Os mutũ facti caret indice. Os inqt mutũ factũ idicare nõ põt. Grãde doloris. Ingeniũ ẽ. Hac ſñia pbabilẽ reddit oſonẽ poeta. Purpureas notas. Rubras lr̃as. Indiciũ ſceleris. A tereo ppetrati. Vni. ex ancillis. Euoluit. Explicat. Veſtes. Velum a philomela miſſũ. Carmẽ fortunæ ſuæ. Lr̃as indices ſui iſortunii. Mirũ ẽ potuiſſe. Silere ſubaudiatur. Eſt ãt parentheſis. Repſſit. Cõpreſſit. Cõtinuit. Cãs ãt expõit poeta qbꝰ mota philomela ne unũ qdem uerbũ emiſit. Nec flere uacat. Nec flẽdi tp̃s hẽt. Sed faſq; nefaſq; cõfuſura ruit. Sed furit iqt oẽ ius & humanũ & diuinũ pturbatura. Pœnæq; in imagine tota ẽ. In imaginatõe pœnæ qua maritũ afficiat. Sacra trieterica. Triẽnalia. qđ tertio quoq; anno celebrabant̃ Bacchi ſacra. A tribus nãq; annis qui ετη græce dñr: Trieterica fuerũt appellata. Sithoniæ nurꝰ. Traciæ. Sithonia. n. Thraciæ pars ẽ Nox cõſcia ſacris. Nocte. n. ſacra bacchi celebrabãt̃

Acris acuti. Acute ſonantis. Deiq; ritibus. Secundũ ritus ſacrorũ bacchi. Furialia arma. bacchica: qbus utebãt̃ pulchre ãt baccharũ hitũ deſcribit. Ceruina uellera. Ceruinæ pelles. Leuis haſta Quæ pãpinis ornata Thyrſus uocat̃. Bacchæ tuas. Furias. eſt ãt apoſtrophe ad bacchũ. Inſignia bacchi. Baccharũ ac mænadũ hitus. Abdit. abſcõdit ne agnoſceret̃ a quoq̃. Horruit. Cũ quodam horrore extimuit eorũ recordatiõe q̃ a Tereo ppeſſa fuerat. Nacta locũ pgne. Secretũ ſubaudiamus.

Sacrorũ pignora. ornamenta ſacrificiorũ Bacchi.

Deuelat. Reuelat. Detegit. Pellex ſibi uiſa ſororis. Cã cur nõ auderet philomela aſpicere ſororẽ

Teſtariq; deos. In teſtioniũ deos adducere. Dedecus illud. illã ignominiã. pro uoce manus fuit. Manu. n. id ſignificabat: qđ uoce idicare nõ poterat

Ardet furit. Corripiẽs. Reƥhendẽs. In oẽ nefas ad oẽ nefas ppetrãdũ. Artificẽ Terea. Tanti ſceleris auctorẽ. Et q̃ tibi mẽbra pudorẽ: Minat̃ pgne ſe Terei inguina qbus philomelã uiolauit: gladio amputaturã. Pudorẽ. Virginitatẽ. Abſtulerũt Syſtole qualis illa Vergiliana. Mr̃i longa decẽ tulerunt faſtidia mẽſes. Sontẽ aiam. Nocẽtẽ ſceleratam terei aiam e corpe expellã. Magnũ eſt. ſupplicium malũ ue ſubintelligat̃. Peragit dũ talia progne. Dum talia loquit̃. Quid poſſit ab illo admonita eſt. Quo malo inqt afficere Tereũ poſſit ex ityli aduentu cognouit. De illo nãq; iterficiendo cogitare cœpit. Ah q̃: idignatõi feruiens ẽ illa interiectio hoc loco. Alibi & miſeratõi. Acceſſit. Appropiquauit. Matriq; ſalutẽ attulit. hoc ẽ. Matrẽ ſalutauit. Et paruis adduxit colla lacertis. Et mr̃is colla paruis brachiis circundedit. Mota qdẽ ẽ genitrix. Cõmota: quia mr̃ erat. Mr̃es nanq; filios natura caros hñt. Infractaq; cõſtitit ira. Hoc ẽ ira quã cõceperat in filiũ pgne ipſius blãditiis fracta. Labare Vacillare: & ad miſericordiã cõmoueri. Ab hoc. Ab huiꝰ ityli aſpectu. Inq; uicẽ. Viciſſim. p uices

Pãdione nata. Seipſã alloqt̃ pgne. Eſt ãt emphaſis. Ac ſi diceret ſe natã eſſe e pãdiõe uiro generoſiſ

ſimo oiq; uirtute ꝑdito rege. Cui marito.Ac ſi di
ceret turpiſſimo oiumq; nefãdiſſimo. Degene
ras.Seipſã arguit ꝓgne:qd a ſuis degenerat. Si tm̃
ſcelus patiat̃ inultũ in cõiuge Tereo.Si eſſet ſoluta
oĩo in cõiugẽ Tereũ dicerem⁹ Pietate inqt uti ĩ cõ
iugẽ Tereũ ſcelus ẽ. Gãgetica tigris.indica a gan
ge maxĩo indiæ fluuio. Adhæret.adiũgit̃:ſignifi
cat aũt itym a mr̃e iter latus & pect⁹ fuiſſe pcuſſum
Nec uertit uultum.Magna matris ſæuitia atq; ĩ
dignatio q̃ citra uultus auerſionẽ filiũ necare ſuſtiu
erit. Ad fata.Ad mortẽ. Exultat.Feruet.Parte
uero itys carniũ elixã partẽ toſtã fuiſſe ait. Manãt
penetralia tabo.Interiora ædium loca tabo & ſanie
pueri occiſi fluũt. Ignarũ Terea.Cædis filii inſciũ
His mẽſis.His epulis.Cõtinẽs.n.ꝓ cõtẽto ſæpe
numero a poetis ponit̃. Et patrii moris ſacrũ.athe
nienſe ſacrificiũ.His ãt ueriſimilia reddit ea q̃ a pro
gne & philomela ꝑpetrata fuiſſe narrant̃. Vni ui
ro.Soli marito. Solio auito.Sedẽ auorũ. Sua ui
ſcera ſuas carnes.Nã itys ex terei ſãguĩe fuerat cõ
cept⁹. Tãtaq; nox aĩ ẽ.Acclamatio ẽ ĩ hoĩum cæci
tatẽ. Accerſite.aduocate. Diſſimulare neqt:oc
cultare nõ põt.Eſt.n.diſſimulare fingere id nõ eſſe
qd ſit. Crude. gau. Læticiã ex crudeli filii cæde:
quẽ pr̃ uorauerat:ꝓueniẽtẽ. Iãq;.Statiq;. Intus
hẽs.intra temetipm hẽs. Vbi ſit.itys ſubaudiat̃.
Me.di.Cõueniẽtib⁹ uerbis. Thraci⁹ tere⁹:Thraci⁹
tyrãn⁹. Repellit Euertit. Ciet.Vocat.Vipeas ſo
rores.furias q̃ ꝓ crinib⁹ ꝟipas hr̃e dñr. De ſtygia
ualle.Ab iferis. Reſerato pectore.Apto. Egere
re eiicere.euomere. Geſtit Cupit Emerſa.Im
merſa uiſcera filii. Seq; uocat buſtũ. Sepulchrũ fi
lii.Carnes.n. illius in ſtomacho habebat. Nũc ſe
quit̃.Modo pſeqt̃. Nudo ferro.Stricto enſe. Cor
pora cæcropidũ. Atheniẽſiũ ꝓgnes & philomelæ
Pennis pẽdere putares. Alis ĩ aere aliqs pendere
putaret.In aues nãq; iã fuerãt trãſmutatæ:Quarũ pe
tit altera ſiluas.philomela q̃ ĩ luſciniã fuit conuerſa.
Altera tecta ſubit. progne q̃ ĩ hirundinem fuit
trãſfigurata. Notæ cædis.ſigna cædis. Signataq;
ſanguĩe pluma ẽ.pluma inqt ẽ maculis ſanguĩeis ĩ
fecta & hirundinũ & luſciniarũ. Pœnæ cupidine:
q̃ ꝓgnen philomenãq; afficeret. Vpupã aũt q̃ agræ
cis epops appellat̃ poeta deſcribit. Cui ſtãt.erectæ
ſũt. Immodicũ.maximũ. Pro lõga cuſpide.ꝓ lõgo
enſe quo fugiẽtes pſeq̃bat̃. Facies armata ur̃.Ita.n.
pẽnæ circa ocl'os ſũt diſpoſitæ:ut eos galea fere tec
tos hr̃e uideat̃ ideoq; toruo ẽ aſpectu hæc auis.Hæc
aũt oĩa in Daulide q̃ ſupra cheroniam ẽ:ubi tereus
regnauit:ꝑpetrata fuiſſe Pauſanias ſcribit:q̃uis me
garẽſes affirmẽt circa fõtes q megaridis uocant̃ il
la fuiſſe geſta. Eorũ uero locorũ dicionẽ Tere⁹ ami
ſit pp ea quæ & ipſe in philomelã & progne philo
melaq; aduerſus itym admiſerũt Vnde Megaris ſi
bi ipſe mortẽ cõſciũt tereus:cui Megarẽſes & tu
mulũ ſtatim erexerũt & ſigulis qbuſq; ãnis ſacra ꝑ
ſoluerũt in qbus calculis ꝓ hordeo utũt̃.Ibi upu
pã anẽ primũ uiſã aſſerũt.Mulieres aũt athenas re

Quid ſit adhuc dubito:peragit dũ talia ꝓgne
Ad matrem ueniebat itys.quid poſſit:ab illo
Admonita eſt oculiſq; tuens immitibus.ah q̃
Es ſimilis patri.dixit.nec plura locuta
Triſte parat facinus:tacitaq; exæſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus:matriq; ſalutem
Attulit:& paruis adduxit colla lacertis:
Mixtaq; blanditiis puerilibus oſcula iunxit:
Mota quidem eſt genitrix:ĩfractaq; cõſtitit ira:
Inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis:
Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare
Senſit:ab hoc iterũ eſt ad uultus uerſa ſororis:
Inq; uicem ſpectans ambos:cur admouet inqt
Alter blanditias:rapta ſilet altera lingua:
Quã uocat hic matrẽ:cur nõ uocat illa ſororẽ
Cui ſis nupta uide pandione nata marito.
Degeneras.ſcelus eſt pietas in coniuge tereo.
Nec mora traxit itym:ueluti gangetica ceruæ
Lactentem fœtum per ſiluas tigris opacas.
Vtq; domus altæ partem tenuere remotam:
Tendentemq; manus:& iam ſua fata uidentẽ:
Et mater.mater clamantem:& colla petentem:
Enſe ferit progne:lateri qua pectus adhæret.
Nec uultum uertit.ſatis illi ad fata uel unum
Vulnus erat:iugulum ferro philomela reſoluit:
Viuaq; adhuc:aĩæq; aliquid retinẽtia membra
Dilaniat.pars inde cauis exultat ahenis.
Pars uerubus ſtridet.manant penetralia tabo.
His adhibet coniunx ignarum Terea menſis.
Et patrii moris ſacrum mentita:quod uni
Fas ſit adire uiro:comites famulosq; remouit
Ipſe ſedens ſolio:Tereus ſublimis auito
Veſcitur:inq; ſuam ſua uiſcera congerit aluum
Tantaq; nox animi eſt.itym huc acceſſite dixit:
Diſſimulare nequit crudelia gaudia progne.
Iamq; ſuæ cupiens exiſtere nuncia cladis:
Intus habes:quod poſcis ait.circumſpicit ille.
Atq; ubi ſit:quærit.quærenti iterumq; uocanti
Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis
Proſiluit:ityſq; caput philomena cruentum
Miſit in ora patris.nec tempore maluit ullo
Poſſe loqui:& meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit:
Vipereasq; ciet ſtygia de ualle ſorores:
Et modo ſi poſſet reſerato pectore diras
Egerere inde dapes:emerſaq; uiſcera geſtit:

Flet modo:ſeq; uocat buſtum miſerabile nati.
Nunc ſequitur nudo genitas pandione ferro.
Corpora cæcropidum pénis pendere putares
Pendebant pennis:quaꝝ petit altera ſiluas.
Altera tecta ſubit:neq; adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ:ſignataq; ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo:pœnæq; cupidine uelox
Vertitur in uolucrem:cui ſtāt in uertice criſtæ.
Prominet imodicum pro lōga cuſpide roſtꝝ.
Nomen epops uolucri.facies armata uidetur.
Hic dolor ante diem:lōgæq; extrema ſenectæ
Tempora tartareas pandiona miſit ad umbras.
Sceptra loci rerūq; capit moderamē erechtheꝰ
Iuſticia dubium eſt:ualidis ne potétior armis.
Quatuor ille quidem iuuenes:totidēq; crearat
Fœmineæ ſortis.ſed erat par forma duaꝝ:
E quibus æolides cephalus te coniuge felix
Procri fuit.boreæ tereus thraceſq; nocebant:
Dilectaq; diu caruit deus Orithyia:
Dum rogat: & pcibus mauult q̄ uiribus uti.
Aſt ubi blanditiis agitur nihil:horridus ira
Quæ ſolita eſt illi nimiumq; domeſtica uento:
Et merito dixit.quid enim mea tela reliqui:
Sæuiciam & uires iramq; animoſq; minaces:
Admouiq; preces:quaꝝ me dedecet uſus:
Apta mihi uis eſt.hac triſtia nubila pello.
Hac freta concutio:nodoſaq; robora uerto.
Induroq; niues. & terras grandine pulſo.
Idem ego cū fratres cælo ſum nactus aperto:
(Nā mihi campus is eſt) tanto molimie luctor:
Vt medius noſtris cōcurſibus inſonet æther:
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cum ſubii conuexa foramina terræ:
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis:
Sollicito manes: totumq; tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiiſſe:ſocerq;
Non orandus erat mihi:ſed faciēdꝰ erechtheꝰ.
Hæc boreas aut his non inferiora locutus
Excuſſit pennas quaꝝ iactatibus omnis
Afflata eſt tellus:latumq; perhorruit æquor.
Puluereamq; trahens per ſūma cacumina pallā
Verrit humum:pauidāq; metu caligine tectus
Orithyiam adamans fuluis cōplectitur alis.
Dum uolat:arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aerii curſus ſuppreſſit habenas.

Progne i hirundinem philōel i i luſciniā Tereus i upupā

diſſe lugentes ꝙd paſſe eſſent lachrimiſq; ſe miſerabiliter cōfeciſſe. Vñ eaꝝ in luſciniā & hirūdinem trāſfiguratōes cōfictæ fuere ea occaſiōe ꝙd hæ aues neſcio ꝙd miſerabile & luctui ſimile canūt. Hic dolor ante diem. Pandioni:dolore quem ex filiabus cōceperat mortuo erechtheus a pallade educatus: ut ſcribit Homerus. & Athenienſibus rex traditus i regno ſucceſſit:cuiꝰ filiā orithyiam amauit Boreas thraciæ uētus & rapuit i thraciāq; aſportauit: ex qua filios ſuſtulit.zetū & calain:q pueri qdē ſine alis fuerūt.iuuenes uero alati effecti:una cū aliis argonautis ad uellus aureū rapiēdū ſunt ꝓfecti. Tartareas ad umbras.ad iferos. Vt āt pauſanias i Attica ſcribit:Pandiō oīo infelix in filiaꝝ educatōe fuit:neq; eaꝝ filii relicti ſūt ulli iniuriæ ultores:tāetſi ut fortunā augeret cū thrace rege tereo affinitatē iūxerit. Sed nnlla ē mortalibꝰ euadēdi uia:ꝙd a deo futuꝝ ē. Sceptra loci. Athenaꝝ impiū. Reꝝ moderamen:Regni gubernatōem. Sed erat par forma duaꝝ. E quatuor filiabus duas æquales pulchritudie fuiſſe ait ꝑerin q̄ cephalo æoli filio nupſit:& orithyiā q̄ a Borea uēto dr̄ fuiſſe rapta. Tametſi heſagoras i megaricis ſcribat nō a uento ſed a borea ſtrymonis filio Orithyia fuiſſe raptā. chœrilꝰ uero narrrat Orithyiā flores colligētē iuxta fōtes cephiſſiꝰ fuiſſe raptā:cui ſimōides accedit q in naumachia ſcribit ipſā ex attica a Borea raptā & in Thraciā ad ſarpedoniā uſq; petrā fuiſſe platā:ubi & rē cū illa habuiſſe. Apolloniꝰ quoq; Orithyie raptā elegātiſſie i prio Argonauticon deſcribit quē Oui. potiſſimū ſequi uī. Boreæ tereꝰ thraceſque nocebāt. crudelitas inqt terei ac thracum Boreæ ne orithyiā duceret uxorē nocebāt. Deꝰ. Boreas. Horridus ira. Terribilis idignatōe. Boreæ āt naturā deſcribit. eſt .n. uētus ualde ipetuoſus & uiolētꝰ. Et merito dixit. Merito Boreas ſeſe carere orithyia confeſſus ē. qñ blāditiis q̄ uiribꝰ uti maluerit. Admoui. appoſui. Quaꝝ me dedecet uſus. Quibꝰ mibi turpe ē uti. Cælo ap. Aere patēti:i quo uēti cōfligūt. Tāto molimine luctor. tātis uiribꝰ reſiſto. Vt mediꝰ nr̄is. phyſicoꝝ ſniam ſeqť:ex colliſiōe nubiū & tonitrua aiunt commoneri:& fulmina emitti. Eliſi ignes. expulſi:ē āt fulminū piphraſis. Idē ego cū ſubii. Terræ motꝰ ex phiſicoꝝ ſnia fiūt a uētis i cauernis terræ clauſis:uñ ſine magno ipetu exire nō pñt. Sollicito. ifeſto pturbo. Excuſſit pennas. cōcuſſit alas:ex quaꝝ iactatōe maximū uentū excitatū fuiſſe ait. Puluereā pallā. puluerulentā ueſtē q̄ elegāter boreæ attribuiť:ꝙd eo uento flāte maximꝰ excitať puluis. Ignes. amores. Nec priꝰ aerii curſus. nec priꝰ iquit uolare deſtitit:q̄ ad cicōes thraciæ populos pueniſſet. Actæa. Atheniēſis. Orithyia. Gelidi tyrāni. boreæ uēti:qui oīum ē frigidiſſimꝰ. Partuq; enixa gemellos. Eniti proprie mulieres dn̄r cū pariūt. Gemellos. zetem & cali. nō hos āt ſolū boreas ex orthya ſuſcepit:ſed et

Orithyiæ rapꝰ

Cheoniā.& zeten cleopatrā:q phineo ſupſit. Pēnas genitoris.Alas boreæ pr̄is.Nā uenti cū alis ēt nū pinguntur. Subnixa ſubiecta. Rutilis capillis.Flauis crinibus. Implumes.ſine plumis & alis.zetes aūt legendū eſt nō zetus ut fere ī exēplaribus ē deprauatū. Flaueſcere.flaue fieri lanugine naſcēte. Ergo ubi cōceſſit.poſteaq̄ inq̄t iuuenes effecti ſūt:una cū aliis argonautis ad rapiēdū uellus aureū nauigauerūt:ſed uñ zetes & calais uenerit uariæ ſūt priſcoꝝ opiniōes. Alii naq; ex Thracia:ut Apollōi⁹.Herodorus ex Daulide. Duris uero & Phanodicus ex hypboreis ad Iaſonē ueniſſe aiūt.Hæc aūt ad ſeptimi libri initiū apte cū ſexti fine copulādū narrant. Cōceſſit.locū dedit. Vellera radiātia.pellem arietis aureā quē phrixus cū ab eo ad colchos uſq; icolumis fuiſſet delatus:ioui phyxio.hoc ē fugæ fauenti imolauit:ac eius pellē aurei uelleris dicauit.Nā athamas æoli filius crethæiq; fr̄:ut ſcribit Apollonius ex Nephela uxore duos ſuſtulit liberos phrixō & Hellen.ſed Nephele mortua:Ino filiis nouercā ſupinduxit: q̄ ut nouerca prioris filios uxoris odio pſeq coepit.Cūq; agri illius incātamētis ſteriles facti eēnt: uates ſubornauit q athamāti referrēt agros nō añ fertiles futuros: q̄ filii prioris uxoris īterficerent.Cæteꝝ phrixus piculi iminētis admonitus arietē una cū ſorore Helle aſcēdit: qui mare igreſſus cū ad troicū pelagus pueniſſet: Helle ī mare cadēs ei nomē dedit.Inde.n.Helleſpōtus fuit appellatus.phrix⁹ aūt ī ſcythiā,uect⁹ioui phyxio:qd eius ope nouercæ fugerat arietē ipſū imolauit:uelluſq; aureū eidē dicauit:qd q̄dē ī luco martis a puigili dracōe tauriſque per nares ignē efflantibus cū cuſtodiret̃ ab Iaſone raptū atq; in theſſaliā fuit aſportatū. Cū minyis.Minyæ populi fuerūt theſſaliæ antiq̄ſſimi.a Minya orchomeni:ut putat̃ & Hermippes. re uera aūt Neptuni filio denoīati. Demetrius āt ſcepſius ait illos q circa Iolcū hītarūt Minyas fuiſſe appellatos.Apollonius uero oēs argonautas ſcribit minyas fuiſſe qd plurimi & fortiſſimi qq; eoꝝ ac in primis ipſe iaſon a minyæ filiab⁹ duxerūt originē. Prima carina.pria naue.Nā argo prima oium nauis lōga fuiſſe phibet̃.Quidā tñ aiūt Danaū ab Aegypto pſecutū oium primū nauim longā cōſtruxiſſe.Vñ ēt Danaida fuiſſe uocatam.

Zetes & Calais alati

Iaſonis expeditio ī colchos

Quā ciconū tenuit populos & moenia raptor  
Illic & gelidi coniunx actæa tyranni:  
Et genitrix facta eſt:partuq; enixa gemellos:  
Cætera qui matris.pēnas genitoris habebant.  
Non tñ has memorāt una cū corpore natas:  
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis:  
Implumis calaiſq; puer zeteſq; fuerunt:  
Mox pariter pennæ ritu coepere uolucrum  
Cingere utrūq; latus.pariter flaueſcere malæ:  
Ergo ubi cōceſſit tempus puerilæ iuuentæ:  
Vellera cū minyis nitido radiantia uillo  
Per mare non motum prima petiere carina.

P.Ouidii naſonis metamorpho.li.ſept.

IAmq; fretum minyæ pagaſæa puppe ſecabant.  
Perpetuaq; trahēs inopem ſub nocte ſenectam  
Phineus uiſus erat;iuueneſque aquilone creati  
Virgineas uolucres miſeri ſenis ore fugarant:  
Multaq; perpeſſi claro ſub iaſone tandem

Raphaelis regii in ſeptimum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

IAmq; fretū minyæ.Narraturus poeta quēadmodū dētes ab iaſone ſemiati in hoīes armatos fuerīt trāſformati Apolloniū q argonautica ſcripſit:potiſſimū ſeq̄t̃:Argonautarūq; in colchos pfectionē medeæq; amores elegātiſſime deſcribit.Cā āt illius iaſonis pegrinatōis hæc fuiſſe narrat̃.Tyro Salmōei filia neptuno pepit nele ū& peliā.deide nupſit Cretheo Aeoli filio:eiq; pepit æſonē.pheretē & amythaonem.Ac ex pherete quidem naſcit̃ admetus.ex Amythaone Melamp⁹.ex Aeſone iaſon:qui ēt chironi alēdus:medicinamque docend⁹ fuit traditus a patre:qui ſenio cōfectus tantiſper dum filius creſceret: regnū Theſſaliæ peliæ fratri cōmendauit.Cæteꝝ pelias oraculum ab Apolline accepat:ut ſibi ab eo caueret: quē cū ſolo calceo ad ſe uenientem uideret:Fore.n.ut opera eius eſſet moriturus.Iaſon aūt iam grandior effectus cū ad patruū rediret:forte in ripa Anauri theſſaliæ fluu ii offēdit iunonē uetulæ ſimilē:q̄ uidebat̃ uelle quidē fluuium tranſire:ſed non audere.qd uidens iaſon illā humeris ſuſcipiens in ulteriorem fluuii ripam tranſtulit altero ex calceis in flumine amiſſo.Sicq; iaſon ad peliā cū altero calceo puenit:qui oraculi recordatus uerituſq; ne ab ipſo īterficeret̃:illi mādauit expeditōem in colchos admodū piculoſā ad uellus aureū rapiendū putās eū aut ab aliquo īterfectū iri:aut certe in mari alienaue terra pituꝝ.Sed iaſon oī collecta græciæ iuuētute: Argoq; naue fabricata:ad colchos pfectus & uellus aureū ope Medeæ regis æetæ filiæ rapuit:& medeā ipſā ſecū ī patriam reuexit. Iāque fretū minyæ.Populi ſunt theſſaliæ Minyæ a Minya Neptuni filio:q illis impauit:denoīati. Pagaſea puppe.Argo naue iuxta pagaſas pmontoriū fabricata.Sic āt legendū eſt:nō pegaſea:ut fere ī exēplarib⁹ eſt deprauatū.Pagaſæ.n.ſūt & pmōtoriū & urbs theſſaliæ dictæ ἀπὸ τοῦ παγῆναι τὴν ἀργώ.hoc eſt cōpingenda & fabricāda argo naue.Demetri⁹ āt ſcepſius ἀπὸ τῶν πηγῶν qbus irrigat̃ loc⁹ in quo ēt templū eſt pagaſei apollinis. Phineus uiſus erat.phine⁹ phenicis & caſſiepeæ filius ſiue Agenoris: ut quidā putant rex fuit thraciæ:qui ut Dionyſi⁹ in argonautis narrat:dimiſſa cleopatra uxore:Harpalacen ſcythicā.ut alii idæam Dardani filiam filiis ſupinduxit nouercā:cui ut gereret morē pprios filios cū excæcaſſet:ipſe quoque a diis

ſuít oculis'priuatus:atqꝫ hac inſup pœna affectus:ut ei harpyiæ fœdiſſimæ aues eſcas & rapent & fœdarēt.quas ſuſcepti hoſpitio cū aliis argonautis zetes & calais alati iuuenes:ut illi gr̄am referrēt:ſtrictis enſibus ex thracia uſqꝫ ad plotas inſulas:q̄ poſtea a cōuerſiōe eoꝝ ſtrophades fuerūt appellatæ:pſecuti ſūt. Sub nocte.cæcitate. De phinei uero cæcitatis cā̄ uariæ fuerūt antiquoꝝ opiniōes.Quidā.n.aiūt phineū fuiſſe excæcatū a ſole qd̄ potius lōgæuus eē q̄ uidere elegerat.Alii qd̄ perſeo fuerit īſidiatus Sophocles aūt qd̄ ex cleopatra filios orychon & crambin a nouerca calumniatos excæcarit.Apolloniꝰ uero qd̄ oibus uulgo uaticinaret̄ ac deoꝝ mētes apiret

Contigerant rapidas limoſi phaſidos undas:
Dunqꝫ adeunt regē:phrixeaqꝫ uellera poſcunt:
Voxqꝫ datur minyis magnoꝝ horrēda laboꝝ:
Concipit interea ualidos æetias ignes.
Et luctata diu poſtquam ratione furorem
Vincere nō poterat:fruſta medea repugnas:
Neſcio quis deus obſtat ait.miꝝqꝫ quid hoc ē:
An aliquid certe ſimile huic:qd̄ amare uocat̄:
Nā cur iuſſa patris nimium mihi dura uidētur:
Sūt quoqꝫ dura nimis.cur quē mō deniqꝫ uidi:
Ne pereat timeo:quæ tanti cauſa timoris:
Excute uirgineo cōceptas pectore flammas:
Si potes infelix.ſi poſſem:ſanior eſſem.
Sed trahit inuitam noua uis:aliudqꝫ cupido.
Mens aliud ſuadet:uideo meliora proboqꝫ.
Deteriora ſequor.quid in hoſpite regia uirgo
Vreris:& thalamos alieni concupis orbis:
Hæc,quoqꝫ terra pōt:qd̄ ames dar̄.uiuat an ille
Occidat in diis eſt.uiuat tamen:idqꝫ precari
Vel ſine amore licet.quid enim commiſit iaſon:
Quem niſi crudelem non tangat iaſonis ætas
Et genus & uirtus:quē non:ut cætera deſint:
Forma mouere pōt:certe mea pectora mouit.
At niſi opem tulero:taurorum afflabitur ore:
Concurretqꝫ ſue ſegetis tellure creatis
Hoſtibus:aut auido dab.tur fera præda dracōi
Hoc ego ſi patiar:tunc me de tigride natam.
Tūc ferrū & ſcopulos geſtare ī corde fatebor.
Cur non & ſpecto pereuntē:oculoſqꝫ uidēdo
Conſcelero:cur non tauros exhortor in illum:
Terrigenaſqꝫ feros inſopitumqꝫ draconem:
Dii meliora uelint.q̄q̄ non iſta precanda:
Sed facienda mihi.prodāne ego regna parētis
Atqꝫ ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra
Vt per me ſoſpes ſine me det lintea uentis:
Virqꝫ ſit alterius:pœnæ medea relinquar:

quo fiebat:ut hoīes nihil deoꝝ īdigere uiderent̄.īperauit aūt phineꝰ uſqꝫ ad boſpoꝝ thraciū oibꝰ thracibus qui ſūt ī aſia. Virgineas uolucres.harpyias quæ uirgineas facies hēbant. Limoſi phaſidos. Phaſis fluuiꝰ ē colchoꝝ.uñ phaſiani fuere denoīati.

Medeæ amores.

Phrixea uellera.A phrixo ioui phyxio cōſecrata Vellera aurea:qd̄ qdē idcirco fictū eſt:ut Strabo ait.qd̄ apud colchos torrentes dr̄ auꝝ deferre:qd̄ barbari pforatis tabulis & lanoſis pellibꝰ excipiūt.Vñ aurei uelleris fabula ē cōficta. Quæ huius modi eē fert̄ Athamas Aeoli filiꝰ.Crethei fr̄ nephelen duxit uxorē:ex q̄ qdē phryxū & Hellē ſuſtl̄it.Nephele uero mortua ſcdam duxit uxorem Ino appellatā:q̄ nepheles filios odio hn̄s pſuaſit agricolaꝝ uxoribꝰ ut ſemina torrerēt:ne terra fructū ullū emittere poſſet: Quod qdē cū accidiſſet athamas agroꝝ ſterilitatis cām ignorās:q cōſulerēt Apollinē Delphos miſit. Ino aūt eos q miſſi fuerāt donis corrūpēs īduxit:ut referrēt deū rñdiſſe phrixū & Hellen imolādos eē Ita nanqꝫ ſterilitatis liberatōem futuram.Hoc uero Athamas cū crediſſet phryxum Hellenque ad arā iugulandos adduxit.Sed deoꝝ miſericordia aurei uelleris arieti īpoſiti p aerē aſportati fuerūt. Vñ helle metu pcuſſa ī helleſpōtū ab ipſa denoīatū cecidit Phryxus uero in Colchicā terrā incolumis puenit: ubi Ioui phyxio arietē imolauit:qd̄ nouercæ īſidias effugiſſet.Vxorē aūt duxit Chalciopē Aeetæ colchoꝝ regis filiā ex qua cū filios quatuor ſuſtuliſſet Argon.Cytiſſoron Melana.phrōtin mortuus ē.Vt Herodorus ſcribit.ut uero heſiodus & Acuſiliꝰ narrant filios illos ex iophoſſa Aeetæ filia ſuſcepit:qbꝰ qdē & qntū noie preſbonē parmenides addit. Herodorus aūt narrat Athamantis & Themiſtus filios fuiſſe Schœneū Erythriū.Leuconē Pœū nouiſſios uero phrixū & Hellen hoſqꝫ pp inus nouercæ īſidias ex pria aufugiſſe. Hellen aūt circa pactyen piiſſe ēt Hellanicus ait Inus uero & Athamātis filii fuerūt Learchus & Melicerta. De ariete aūt uelleris aurei uariæ ſūt priſcoꝝ opiniōes.Alii nāqꝫ ueꝝ fuiſſe arietē ſcribūt.Alii phrixi & helles fuiſſe pædagogū noie criū:q latinæ aries uocat̄:cuius cōſilio phrixꝰ & helle nouercæ īſidias fugerit.Alii aufugiſſe ipos ī naue q̄ in prora arietē pictū hūerit opinant̄. Voxqꝫ dat̄ Aeeta Iaſonis aduētu īdignatus ſe qdē ei uellus aureū pmiſſuꝝ:ſi q̄ pponerent̄ certamia ſubiret. Vox ergo dat̄:hoc ē:Rñſū dat̄ ab æeta magnos ineſſe labores in rapiēdo uellere aureo ſignificās. Nā & tauri ignē naribꝰ oreqꝫ efflātes erant domādi iugoqꝫ ſubiiciēdi:& dētes dracōis ſeminādi & īpetus gigātū armatoꝝ ex dracōis dētibꝰ natoꝝ ſuſtinēdus & puigil draco uelleris aurei cuſtos ſopiēdus. Magnoꝝ laboꝝ.magnoꝝ certaminū.Cōcipit īterea.Iuno & pallas ut ī tertio narrat apollōius de iaſone ſollicitæ pp certamina tā piculoſa illi ab Aeeta propoſita.ueneri pſuaſerūt